95

Januier a xxxi iou.
La lune xxx

iii	A	Kl	La circuncision nr̃e s[eigneu]r
·	b	N	Oct s. estienne
xi	c	N	s. geneuiefue.
·	d	N	Oct des innocẽs
xix	e	N	saint symeon
viii	f	N	La typhaine.
·	g	Id	saint frambout.
xvi	A	Id	saint lucian
v	b	Id	saint pol lhermite
·	c	Id	saint guillẽ
xiii	d	Id	saint sauueur
ii	e	Id	saint satir
·	f	Id	saint hylaire
x	g	Id	saint felix.
·	A	Id	saint mor z bon

xviii	b	kl'	saint marcel
vii	c	kl'	saint souplice
·	d	kl'	sainte prisce
xv	e	kl'	saint lomer
iiii	f	kl'	saint sebastien
·	g	kl'	sainte agnes
xii	A	kl'	saint vincent.
i	b	kl'	sainte emerance
·	c	kl'	saint babille
ix	d	kl'	la cõuersiõ s pol
·	e	kl'	saint policarpe
xvii	f	kl'	saint iulian
vi	g	kl'	sainte agnes
·	A	kl'	sainte paule
xiiii	b	kl'	saint baudoin
iii	c	kl'	saint metran
·	·		

Feuurier a xxviij
la lune xxix iors

·	d	N	sainte brigide
xi	e	N	La nre dame
xix	f	N	saint blaiſe
viij	g	N	saint auentin
·	A	N	sainte agathe
xvi	b	N	saint amant
v	c	Id	sainte helaine
·	d	Id	saint ſalmon
xiij	e	Id	sainte apoline
ij	f	Id	sainte ſcolaſce
·	g	Id	saint ſeuerin
x	A	Id	saint eulalie
·	b	Id	saint lucian
xviij	c	Id	saint valentin
vij	d	Id	saint marcel

·	e	kl'	sainte iuliane.
xv	f	kl'	saint maurilian
iiij	g	kl'	saint symeon
·	A	kl'	sainte susanne
xij	b	kl'	saint marcelin
i	c	kl'	saint victor
·	d	kl'	saint pierre
ix	e	kl'	saint policarpe
·	f	kl'	saint mathias
xvij	g	kl'	saint wain.
vi	A	kl'	saint alixandre
	b	kl'	sainte honorine
xiiij	c	kl'	saint iust.

Mars a xxxi iour
La lune xxx

iii	d	N'	saint aulbin
·	e	N'	saint prime
xi	f	N'	saint martin
·	g	N'	saint adrian
xix	A	N'	saint satur
viii	b	N'	saint felice
·	c	Id	saint thomas dacq
xvi	d	Id	saint perpetue
v	e	Id	saint poncien
·	f	Id	saint alixandre
xiii	g	Id	saint blanchart
ii	A	Id	saint gregoire
·	b	Id	saint mercedoine
x	c	Id	saint lubin
·	d	Id	saint innocent

xviii	e	kl'	sainte gertrus
vii	f	kl'	saint genuid
·	g	kl'	saint offrant
xv	A	kl'	saint gorgon
iiii	b	kl'	saint vulfran.
·	c	kl'	saint benoict
xii	d	kl'	saint paulin
i	e	kl'	saint theodore
·	f	kl'	saint philbert
ix	g	kl'	la nr̄e dame
·	A	kl'	saint mondain
xvii	b	kl'	saint legier
vi	c	kl'	saint ernoul
·	d	kl'	saint eustace
xiiii	e	kl'	saint aculle
iii	f	kl'	sainte clamine

KL Apuril a xxx iours
La lune xxix

·	g	N	saint valeri
xi	A	N	saincte egypciene
·	b	N	saint pancrace
xix	c	N	saint ambroise
viii	d	N	saint ieroisme
·	e	N	saint macaire
xvi	f	Id	saint thimothee
v	g	Id	saint apolinaire
·	A	Id	saint procor
xiii	b	Id	saint gobert
ii	c	Id	saint marcel
·	d	Id	saint ysaine
x	e	Id	saint valeri
·	f	Id	saint valerian
xviii	g	Id	saint fremin

	A	kl'	saint leonide
xv	b	kl'	saint anaclet
iiii	c	kl'	saint profert.
·	d	kl'	saint boutoul
xii	e	kl'	saint symeon
i	f	kl'	saint victor
·	g	kl'	sainte oportune
ix	A	kl'	saint george
·	b	kl'	saint robert
xvii	c	kl'	saint marc.
vi	d	kl'	saint anastaise
	e	kl'	saint germain
xiiij	f	kl'	saint vital
iij	g	kl'	saint pierre le m̄r
·	A	kl'	saint eutrope.
·			

May a xxxi iour
La lune xxx.

xi	b	N'	s iacq. s. phelipe
·	c	N'	saint anastaise
xix	d	N'	sainte croix
viii	e	N'	saint quiriace
·	f	N'	saint fortunat.
xvi	g	N'	s. iehan port lat.
v	A	Id'	saint siluain.
·	b	Id'	saint brath.
xiii	c	Id'	saint nicholas
ii	d	Id'	saint gordian
·	e	Id'	saint mamert
x	f	Id'	saint pancrace
	g	Id'	saint marcelia͂
xviii	A	Id'.	saint boniface
vii	b	Id'	saint ysidore.

·	c	kl	saint honore
xv	d	kl	saint ambroise
iiii	e	kl	saint felice
·	f	kl	saint yues
xii	g	kl	saint vuandrille
i	A	kl	saint aubert
·	b	kl	saint audebart
ix	c	kl	sainte helaine
·	d	kl	saint danat
xvii	e	kl	saint urbain
vi	f	kl	saint augustin
·	g	kl	saint aquillan
xiiii	A	kl	saint germain
iii	b	kl	saint maxime
·	c	kl	saint felix
xi	d	kl	sainte petronille
	·		

KL Juing a xxx iours
la lune xxix

·	c	N	saint nichomede
xix	f	N	saint marcel
viii	g	N	saint liphart
xvi	A	N	saint pantalin
v	b	N	saint boniface
·	c	N	saint proiect
xiii	d	Id	saint vuedzille
ii	e	Id	saint medard
·	f	Id	saint felician
x	g	Id	saint laudri
·	A	Id	s. barnabe
xviii	b	Id	saint valeriã
vii	c	Id	saint aignã
·	d	Id	saint rufin
xv	e	Id	saint flour.

iiij	f	kl'	sainte iullite
·	g	kl'	saint boutoul
xij	A	kl'	sainte marine
i	b	kl'	saint geruais.
·	c	kl'	saint flourent
ix	d	kl'	saint leuffroy
·	e	kl'	les x.m̄ mr̄e
xvij	f	kl'	Vigille
vi	g	kl'	s̄. iehā baptiste
·	A	kl'	saint eloy.
xiiij	b	kl'	s̄ iehan s̄ pol
iij	c	kl'	saint lyon
·	d	kl'	Vigile
xi	e	kl'	s̄. pierre s̄ pol.
	f	kl'	saint marcial
	·		

KL Juillet a xxxi iours

La lune xxx

xix	g	N'	saint thibault
viii	A	N'	saint proces
·	b	N'	saint apolin
xvi	c	N'	saint martin
v	d	N'	saint dominiqz
·	e	N'	saint yon
xiii	f	Id'	saint thomas
ii	g	Id'	saint claude
·	A	Id'	saint zenon
x	b	Id'	les vij freres
·	c	Id'	saint benoist
xviii	d	Id'	saint ruffin
vii	e	Id'	saint turian
·	f	Id'	saint curian
xv	g	Id'	saint bertin

iiii	A	kl'	saint nichaise
·	b	kl'	saint ajoul
xij	c	kl'	saint arnoul
i	d	kl'	saint voult
·	e	kl'	s.e marguerite
ix	f	kl'	saint victor
	g	kl'	la magdalene
xvii	A	kl'	saint apolinaire
vi	b	kl'	sainte xpine
·	c	kl'	S iacq̄s s apostle
xiiii	d	kl'	saint marcel
iii	e	kl'	Les vij dormās
·	f	kl'	sainte anne
xi	g	kl'	saint felice
·	A	kl'	saint abdon
xix	b	kl'	saint germain

KL Aoust a xxxi iour
La lune xxx

viii	c	N	saint pierre.
xvi	d	N	saint estienne
v	e	N	saint estienne
·	f	N	saint osanne
xiii	g	N	saint yon
ii	A	N	saint sixte
·	b	Id	saint donat
x	c	Id	saint iustin
·	d	Id	Vigile
xviii	e	Id	saint laurent
vii	f	Id	saint epuile
·	g	Id	saint thiburce
xv	A	Id	sainte ypolite
iiii	b	Id	Vigile
·	c	Id	La nre dame.

xii	d	kl'	saincte encerance
i	e	kl'	saint memer
·	f	kl'	saint agapit
ix	g	kl'	saint candre
·	A	kl'	saint philbert
xvii	b	kl'	saint prime
vi	c	kl'	saint simphoriā
·	d	kl'	saint apolinaire
xiiii	e	kl'	saīt barthelemy
iii	f	kl'	saint louys roy
·	g	kl'	saint bernard
xi	A	kl'	saint uffin
·	b	kl'	saint augustin
xix	c	kl'	la decolaciō s' iehā
viii	d	kl'	saint fiacre.
·	e	kl'	saint paulin

KL Septẽbre a xxx iours

la lune xxix

xvi	f	N	s. leu. s. gille
v	g	N	saint antoyne
·	A	N	saint godegrain
xiii	b	N	saint marcel
ii	c	N	saint victorin
·	d	N	saint panthalin
x	e	Id	saint cloud
·	f	Id	la nre dame.
xviii	g	Id	saint gorgon
vii	A	Id	sainte venisse
·	b	Id	saint partin
xv	c	Id	saint sire
iiii	d	Id	saint mauriliõ
·	e	Id	sainte croix.
xii	f	Id	saint nichomede

v	g	kl	saint eufemie
·	A	kl	saint lambert
ix	b	kl	saint signe
·	c	kl	sainte tecle
xvii	d	kl	Vigile
vi	e	kl	saint mathieu
·	f	kl	saint maurice
xiiii	g	kl	saint paxant
iii	A	kl	saint farre.
·	b	kl	saint fermin
xi	c	kl	saint senat
·	d	kl	saint cosme
xix	e	kl	saint presme
viii	f	kl	saint michel.
·	g	kl	saint ierosme
	·		

KL Octobre a xxxi io[r]
La lune xxx

xvi	A	N	saint remy
v	b	N	saint legier
xiii	c	N	saint victor
ii	d	N	saint francoys
·	e	N	sainte xpine
x	f	N	sainte foy
·	g	Id	saint marc pape
xviii	A	Id	saint demetre
vii	b	Id	saint denis.
·	c	Id	saint gereon
xv	d	Id	saint macaire
iiii	e	Id	saint venant
·	f	Id	saint curian
xii	g	Id	saint calixte
i	A	Id	saint offrant

·	b	kl'	saint michel
ix	c	kl'	saint cerbon
·	d	kl'	saint lucas
xvii	e	kl'	saint tholome
vi	f	kl'	saint capraise
·	g	kl'	les xi m. vierges
xiii	A	kl'	saint mellon
iii	b	kl'	saint gratien
·	c	kl'	saint magloire
xi	d	kl'	saint crespin
·	e	kl'	saint amant
xix	f	kl'	Vigile
viii	g	kl'	saint symon
·	A	kl'	saint martis
xvi	b	kl'	saint lucain
v	c	kl'	Vigile
·	·		

KL Novembre a xxx iours
la lune xxix

·	d	N	la toussains
xiii	e	N	le iour des mors
ii	f	N	saint marcel.
·	g	N	saint cler
x	A	N	saint lye
·	b	N	saint lienard
xviii	c	Id	saint herculan
vii	d	Id	les iiii coronnes
·	e	Id	saint maturin
xv	f	Id	saint verain
iiii	g	Id	saint martin
·	A	Id	saint leon
xii	b	Id	saint brice
i	c	Id	saint maclou
·	d	Id	saint eugene

xv	c	kl	saint aignem
·	f	kl	saint fauste
xviii	g	kl	saint ende
vii	A	kl	sainte elizabeth
·	b	kl	saint colubain
xiii	c	kl	saint cecile
iii	d	kl	sainte mecedoine
·	e	kl	saint clement
xi	f	kl	saint seuerin
·	g	kl	s. katherine
xix	A	kl	sainte geneuieue
viii	b	kl	saint vital
·	c	kl	saint rufin
xvi	d	kl	Vigile
v	e	kl	saint andre

KL Decembre a xxxi jo[urs]
La lune xxx

·	f	N	saint eloy
xiii	g	N	saint flaive
ii	A	N	saint claudian
x	b	N	saincte barbe v[ier]ge
·	c	N	saint ambroise
xviii	d	N	saint nicholas
vii	e	N	saint fare
·	f	Id	la n[ost]re dame
xv	g	Id	saint cyprian
iiii	A	Id	saint eulalie
·	b	Id	saint fustin
xii	c	Id	saint valerian
i	d	Id	saincte luce
·	e	Id	saint nichuse
ix	f	Id	saint maximi

·	g	kl'	saint ſapience.
xvii	A	kl'	saint ladre
vi	b	kl'	saint gacien
·	c	kl'	saint flamen
xiiii	d	kl'	saint ciuille
iii	e	kl'	saint thomas
·	f	kl'	saint victor
xi	g	kl'	saint bertin
·	A	kl'	Vigile.
xix	b	kl'	la natiuite nrē ſr.
viii	c	kl'	saint eſtienne.
·	d	kl'	saint iehan.
xvi	e	kl'	les innocens
v	f	kl'	saint thomas
·	g	kl'	sainte colūbe
xiii	A	kl'	saint ſilueſtre.



IN principio erat ver
bum et verbum erat
apud deum et deus erat
verbum. Hoc erat in principio apud

deum. Omnia per ipſum facta
ſunt et ſine ipſo factũ eſt nichil.
Quod factum eſt in ipſo vita erat
et vita erat lux hominum et lux
in tenebris lucet et tenebre eam nõ
comprehenderũt. Fuit homo miſ
ſus a deo cui nomen erat iohan
nes. Hic venit in teſtimonium
vt teſtimoniũ perhiberet de lumi
ne vt omnes crederent per illum.
Non erat ille lux ſed vt teſtimoni
um perhiberet de lumine. Erat
lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc
mundũ. In mundo erat et mun
dus per ipſum factus eſt et mun
dus eum non cognouit. In pro

pria venit et ſui eum non recepe
runt. Quotquot autẽ receperunt
eum dedit eis poteſtatem filios dei
fieri hys qui credunt in nomine
eius. qui non ex ſanguinibus
neqꝫ ex voluntate carnis neqꝫ ex
voluntate viri ſed ex deo nati ſũt.
et verbum caro factũ eſt et habita
uit in nobis. Et vidimus gloriã
eius gloriam quaſi unigeniti a
patre. Plenum gratie et verita
tis. Deo gratias. ã. Te invocamus
te adoramus te laudamus o beata tri
nitas. ℣. Sit nomen domini bene
dictum. ℟. Ex hoc nunc et uſqꝫ in
ſeculum. Oremus. Oratio.
Protector in te ſperancium

deus ſine quo nichil eſt validũ
nichil ſanctum multiplica ſuper
nos miſericordiam tuam vt te re
ctore te duce ſic tranſeamus per bo
na temporalia vt non amittamus
eterna. Per xp̄m dñm nr̄m. Amẽ.

Secundum lucam.



In illo tempo
re. Miſſus
eſt gabriel
angelus a
deo in ciuita
tem galilee
cui nomen
nazareth ad virginem deſponſatã
viro cui nomen erat ioſeph de domo

dauid et nomen virginis maria.
Et ingreſſus angelus ad eam dixit.
Aue gratia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus. Que
cum audiſſet turbata eſt in ſermo
ne eius et cogitabat qualis eſſet iſta
ſalutacio. Et ait angelus ei. Ne
timeas maria inueniſti enim
gratiam apud dominum. Ecce
concipies in vtero et paries filiũ
et vocabis nomen eius iheſum.
Hic erit magnus et filius altiſſi
mi vocabitur. Et dabit illi dominꝰ
deus ſedem dauid patris eius et re
gnabit in domo iacob ineternũ
et regni eius non erit finis. Dixit
autem maria ad angelũ. Quo

modo fiet iſtud quoniam virum
non cognoſco. Et reſpondens ange
lus dixit ei. Spiritus ſanctus ſu
perveniet in te et virtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Ideoq; et quod
naſcetur ex te ſanctum vocabitur
filius dei. Et ecce helyzabeth cogna
ta tua et ipſa concepit filium in
ſenectute ſua. Et hic menſis eſt
ſextus illi que vocatur ſterilis qui
a non erit impoſſibile apud deum
omne verbū. Dixit autē maria.
Ecce ancilla domini. Fiat michi
ſecundum verbum tuum. Deo
gratias.

Sequencia ſancti euangelii ſecun
dum matheum. Gloria tibi dn̄e



Cum
na
tus eſſet ihe
ſus in beth
leem iude
in diebus
herodis re
gis ecce ma
gi ab oriente venerunt iheroſoli
mam dicentes. Ubi eſt qui nat[us]
eſt rex iudeorum. Vidimus enim
ſtellam eius in oriente et venimus
cum muneribus adorare eum.
Audiens autem herodes rex turba
tus eſt et omnis iheroſolima cum
illo. Et congregans omnes princi
pes ſacerdotum et ſcribas populi ſci

ctabatur ab eis vbi criſtus naſce
retur. At illi dixerunt ei. In bethle
em iude. Sic enim ſcriptum eſt per
prophetam. Et tu bethleem terra iu
da nequaq̄ minima es in princi
pibus iuda. Ex te enim exiet dux
qui regat populū meū iſrael. Tūc
herodes rex clam vocatis magis di
ligenter didicit ab eis tempus ſtel
le que apparuit eis. Et mittens eos
in bethleem dixit. Ite et interrogate
diligenter de puero et cum inueni
tis renunciate michi vt et ego veni
ens adorem eum. Qui cum audiſ
ſent regem abierunt. Et ecce ſtella
quam viderant in oriente antece
debat eos vſq; dum veniens ſtaret

ſupra vbi erat puer. Videntes au
tem ſtellam magi gauiſi ſunt
gaudio magno valde. Et intran
tes domum inuenerunt puerum
cum maria matre eius. Et proci
dentes adorauerunt eum. Et aper
tis theſauris ſuis obtulerunt ei
munera aurum thus et mirrã.
Et reſponſo accepto in ſomnis ne
redirent ad herodem per aliam vi
am reuerſi ſunt in regionẽ ſuã.
Deo gratias.

Sequencia ſancti euangelij ſecū
dum marcum. Gloria tibi dñe.



In illo tempo
re. Recum
bentibus
vndecim di
ſcipulis ap
paruit illis
iheſus et ex
probrauit incredulitatem illo
rum et duriciam cordis quia
his qui viderant eum reſurrexiſ
ſe non crediderant et dixit eis.
Euntes in mundũ vniuerſũ
predicate euangelium omni
creature. Qui crediderit et bapti
ſatus fuerit ſaluus erit qui ve
ro non crediderit condemnabitur.

ineffabilem leticiam qua exulta
uit ſpiritus tuus in illa hora quã
do tibi per gabrielem archangelum
annunciatus et conceptus filius
dei fuit. Et per illud diuinũ mi
ſterium quod tunc operatus eſt
ſpiritus ſanctus. Et per illam in
effabilem gratiam pietatem miſe
ricordiam amorẽ et humilitatẽ
per quas filius tuus deſcendit acci
pere humanam carnẽ in venera
biliſſimo vtero tuo. Et in quibus
te reſpexit quando te commenda
uit ſancto iohanni apoſtolo et e
uangeliſte. Et quando te exalta
uit ſuper choros angelorũ. Et per
illam ſanctam ineffabilem hu

militatem in qua tu reſpondiſti
archangelo gabrieli. Ecce ancilla
domini fiat michi ſecundū verbū
tuum. Et per glorioſiſſima quin
decim gaudia que habuiſti de filio
tuo domino noſtro iheſu criſto. Et
per illam ſanctam et maximā co
paſſionem et acerbiſſimū cordis
dolorem quem habuiſti quando
filium tuum dominū noſtrum
iheſum criſtum ante crucē nuda
tum et in ipſa leuatum vidiſti.
pendentem. crucifixum. vulnera
tum. ſitientem fel apponi. Hely cla
mantem audiſti et morientem
vidiſti. Et per quinqꝫ vulnera
filij tui et per contractionē viſce

rum tuorum pre nimio dolore
vulnerum ſuorum. Et per dolorẽ
quem habuiſti quando vidiſti eum
vulnerari. et per fontes ſanguinis
ſui. et per omnem paſſionem eius.
et per omnem dolorem cordis tui
et per fontes lacrimarum tuarũ
vt cum omnibus ſanctis et electis
dei venias et feſtines in auxilium
et conſilium meum. et in omni
bus orationibus et requeſtis meis.
et in omnibus anguſtijs et neceſ
ſitatibus meis. et in omnibus il
lis rebus in quibus ego ſum fac
turus. locuturus aut cogitatur⁹
omnibus diebus ac noctibus ho
ris atq; momentis vite mee. Et

michi famulo tuo impetres a dile
cto filio tuo virtutum omnium
complementum. cum omni grã
et conſolatione. omni conſilio om
ni adiutorio. omni benedictione et
ſanctificatione. omni ſaluatione
pace et proſperitate. omni gaudio
et alacritate. etiam habundanciã
omnium bonorum ſpiritualium
et corporalium. Et gratiã ſancti
ſpiritus qui me bene per omnia di
ſponat animam meam cuſtodiat
corpus meum regat mentẽ erigat
mores componat. actus probet vo
ta et deſideria mea perficiat. cogita
tiones ſanctas inſtituat preterita
mala indulgeat. preſencia emẽdet

et futura moderetur. Vitam ho
neſtam et honorabilem michi tri
buat. fidem ſpem et caritatem ca
ſtitatem. humilitatem et pacien
ciam michi preſtet. Quinqz ſen
ſus corporis mei regat et protegat.
Septem opera miſericordie com
plere me faciat. Duodecim articu
los fidei et decem precepta legis fir
miter tenere et credere me faciat.
Et a ſeptem peccatis criminalibus
me liberet et deffendat vſqz in finē.
Et in nouiſſimis diebus meis
oſtende michi faciem tuam et an
nuncies michi diem et horam obi
tus et mortis mee. Et hanc orati
onem ſupplicem ſuſcipias audias

et exaudias et vitam eternam
michi tribuas. Audi et exaudi
me dulciſſima virgo maria ma
ter dei et miſericordie. Amen.

Alia oratio ad beatam mariã.



O Inte
merata et eter
num bene
dicta ſingu
laris atqꝫ
incompara
bilis virgo
dei genitrix maria gratiſſimum
dei templum. ſpiritus ſancti ſacra
rium. ianua regni celorũ per quã
poſt deum totus vivit orbis terra

rum. Inclina mater miſericor-
die aures tue pietatis indignus
ſupplicationibus meis et eſto mi-
chi miſerrimo peccatori pia et pro-
picia in omnibus auxiliatrix.
O iohannes beatiſſime xpi fami-
liaris amice qui ab eodem dnõ
noſtro iheſu xpõ virgo es electus
et inter ceteros magis dilectus
atq; miſterijs celeſtibus vltra
omnes imbutus. Apoſtolus eiꝰ
et euangeliſta factus es preclariſ-
ſimus. Te etiam inuoco cum
maria matre eiuſdem ſaluatoris
noſtri vt michi opem tuam cum
ipſa conferre digneris. O due gem-
me celeſtes maria et iohannes.

O duo luminaria diuinitus
ante deum lucencia. Veſtris ra
dys ſcelerum meorum effugate
nubila. Vos enim eſtis illi duo in
quibus deus pater per filium ſuu̅
ſpiritualiter edificauit ſibi domu̅.
Et in quibus ipſe filius dei obſince
riſſime virginitatis meritu̅ dile
ctionis ſue confirmauit priuile
gium in cruce pendens vni veſtru̅
ita dicens. Mulier ecce filius tuus.
Deinde ad alium. Ecce mater tua.
In huius ergo tam ſacratiſſimi a
moris dulcedine qua tunc ore do
minico velut mater et filius ad
inuice̅ eſtis coniuncti. Vobis duo
bus ego miſerrimus peccator com

mendo hodie corpus meū et aīam
meam et in omnibus bonis atq;
momentis interius et exterius fir
mi cuſtodes et pij apud deum inter
ceſſores michi exiſtere dignemini.
Credo enim firmiter et fateor in
dubitanter quia velle veſtrū velle
dei eſt et nolle veſtrum nolle dei eſt.
Unde quicquid ab illo petetis ſine
mora obtinetis. Per hanc ergo tam
potentiſſimam veſtre dignitatis
virtutem poſcite queſo michi pec
catori corporis et anime ſalutem.
Agite queſo agite veſtris ſacris ora
tionibus vt cor meū mundari et in
habitare dignetur ſpūs almus
gratiarum largitor optimus qui

me a cunctis viciorum ſordibus
expurget virtutibus ſacris exor
net. In dilectione dei et proximi
perfecte ſtare et perſeuerare me
faciat. et poſt huius vite curſū
ad gaudia ducat electorū ſuorū
benigniſſimus paraclitus. Qui
cum patre et ſpiritu ſancto viuit
et regnat deus per omnia ſecula
ſeculorum. Amen.



Domine labia mea
aperies. Et os meū
annunciabit laudē
tuam

Deus in adiutoriũ meũ itende.
Domine ad adiuuãdũ me fe
ſtina. Gloria pr̃i et filio ⁊ ſpũi ſcto.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemper ⁊ ĩ ſecula ſeculorum amen.
Alleluya Inuitatoriũ.
Aue maria gratia plena dominus tecum.
Aue maria grã plena dñs tecũ. Pſalm⁹
Uenite exultemus domino iu
bilemus deo ſalutari noſtro
preoccupemus faciem eius in confeſſio
ne ⁊ in pſalmis iubilemus ei
Aue maria grã plena dominus tecum.
Qm̃ deus magnus dominus et
rex magnus ſuper omnes deos qñ
non repellet dñs plebẽ ſuã qꝛ in ma
nu eius ſunt omnes fines terre et al

titudines montium ipſe conſpicit.
Dominus tecum.
Quoniam ipſius eſt mare et ipſe fecit il
lud et aridam fundauerunt manus
eius: venite adoremus et procidamus
ante deum ploremus coram domino
qui fecit nos quia ipſe eſt dominus deus
noſter nos autem populus eius et
oues paſcue eius.
Aue maria gratia plena dominus tecum
Hodie ſi vocem eius audieritis
nolite obdurare corda veſtra. ſicut
in exacerbatione ſecundum diem tem
ptationis in deſerto vbi temptaue
runt me patres veſtri probauerunt et vi
derunt opera mea. Dominus tecum.
Quadraginta annis proximus

fui generationi huic et dixi semper
hi errant corde. ipsi vero non cogno
uerunt vias meas quibus iuraui in ira
mea si introibunt in requiem meam.
Aue maria gratia plena dominus tecum.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum amen. Dominus tecum.
Aue maria gratia plena dominus tecum. Hymnus
O quam glorifica luce choruscas stir
pis dauitice regia proles subli
mis residens virgo maria supra celi
genas etheris omnes
Tu cum virgineo mater honore
angelorum domino pectoris aulam
sacris visceribus casta parasti natus
hinc deus est corpore christus.

Quem cunctus venerās orbis adorat cui nunc rite genu flectit omē a quo nos petimus te veniente abiectis tenebris gaudia lucis.

Hoc largire pater luminis omīs natum per proprium flamine sacro qui tecum nitida vivit in ethera regnans ac moderans secula cuncta. Amen. ā. Exaltata. Psalmus.

Domine dominus noster: q̄ admirabile ē nomen tuum in universa terra.

Quoniam elevata est magnificentia tua: super celos.

Ex ore infantium et lactanciū perfecisti laudem propter inimicos tuos ut destruas inimicū et ultorem.

Quoniam videbo celos tuos
opera digitorũ tuorum: lunam
et stellas que tu fundasti.
Quid est homo quod memor
es eius: aut filius hominis quĩ
visitas eum.
Minuisti eum paulominus ab
angelis gloria et honore corona
sti eũ ⁊ constituisti eum super opa
manuum tuarum.
Oĩa subiecisti sub pedibus eius
oues et boues vniuersas insuper
et pecora campi.
Volucres celi et pisces maris:
qui pãbulãt semitas maris.
Dñe dñs nr̃: q̃ admirabile
ẽ nomẽ tuũ in vniuersa terra.

Gloria pr̄i et filio ⁊ spiritui sctō
Sicut erat in principio et. Ps.
Celi enarrant gloriam dei
et opera manuum eius an
nunciat firmamentum
Dies diei eructat verbum: et nox
nocti indicat scientiam
Non sunt loquele neq̧ sermo
nes quorū nō audiāt᷑ voces eorū.
In omnē terram exiuit sonus
eorum et in fines orbis terre verba
eorum
In sole posuit tabernaculū suū
⁊ ipse tāq̄ spōs⁹ procedēs de thalāo suo
Exultauit ut gygas ad currē
dā viā: a sūmo celo egressio eius.
Et occursus eius usq̧ ad sūmū

eius: nec ē qui se abscōdat a calore eī.
Lex domini immaculata con
uertēs animas testimoniū dñi fi
dele sapientiā prestans paruulis.
Iusticie domini recte letifican
tes corda: preceptum domini lucidū
illuminās oculos.
Timor domini sanctus perma
net in seculum seculi: iudicia domini
vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum et la
pidē preciosum multum: et dulciora
super mel et fauum.
Et enim seruus tuus custodit ea
ī custodiēdis illis retribucio multa.
Delicta quis intelligit ab occultis
meis munda me domine: et ab alie

mis parce servo tuo.
Si mei non fuerint dominati
tunc immaculatus ero: et emunda
bor a delicto maximo.
Et erunt ut complaceant eloqa
oris mei: et meditacio cordis mei in
conspectu tuo semper.
Dñe adiutor meus ⁊ redēptor me⁹.
Gloria patri et filio et spũi sancto.
Sicut erat in principio.
Domini est terra et plenitudo ei⁹
orbis terrarum: et universi q̄
habitant in eo.
Quia ipse super maria fundavit
eum: ⁊ sup flumina p̄paravit eum.
Quis ascendet in montem dñi
aut q̄s stabit in loco sancto eius.

Innocens manibus et mun
do corde qui non accepit ī vano
animam suam: nec iurauit in
dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a
domino: et miaꝫ a deo salutari suo

Hec est generatio querētium
eū: q̄rētium faciem dei iacob.

Attollite portas principes vr̄as ꝛ
eleuamini porte porte eternales: et
introibit rex glorie.

Quis ē iste rex glorie: dominus
fortis et potens dn̄s potēs in prelio.

Attollite portas principes vr̄as ꝛ
et eleuamini porte eternales et intro
ibit rex glorie.

Quis ē iste rex glorie: dominus

virtutum ipſe ē rex glorie
Gloria patri et filio et ſpūi. añt.
Exaltata es ſancta dei genitrix ſuper choros
angelorum ad celeſtia regna ℣. Diffuſa
eſt grã in labiis tuis ℟ Propterea benedi
xit te deus in eternum. pater nr̃. Et ne nos.
Iube domine benedicere. Alma virgo vir
ginum intercedat pro nobis ad dominum. a.
Surge beatiſſima virgo Lc. j.
maria miſericorditer actura
pro nobis: ſurge et amplectere mr̃
redemptoris. Da prees pro nobis quos
cernis offenſos ante oculos condito
ris. Tu autē domine miſerere nr̃i.
Deo grãs. ℟. Beata es virgo dei genitrix
que credidiſti dominum perfecta ſunt in
te que dicta ſunt tibi a domino. Ecce

exaltata es super choros angelorum inter
cede pro nobis ad dominum deum nrm̄
℣. Aue maria grã plena dominus tecũ.
Ecce exaltata. Iube domine benedicere.
Oret voce pia pro nobis virgo maria. A.
Cecos cordium oculos Lec. ij.
terge atq; semitas iusticie no
bis clementer ostende: orando a nobis
vicia substrahe. atq; sancta planta
ria nobis insere: impetra cursum q°
supernum consequamur brauium.
Tu aũt. ℟ Sancta et immaculata v
ginitas quib; te laudib; referam nescio.
Quia quem celi capere non poterant
tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu
in mulieribus et benedictus fructus ven
tris tui. Q quẽ. Iube domine bñdicere

Sancta dei genitrix ſit nobis auxilia
trix. Amen. Lectio tercia.

O ſacratiſſima virgo maria
nos qui hoc credimus q
virgo et mater dei ſis: credendo ſen
tiamus q pro nobis deum depreceris.
et iuſta petentium vota impetrata
aſſequaris ut nos qui confitemur
te peperiſſe deum et hominē: gaudea
mus per te nobis aduenisse ſalutē
Tu autē. ℟. Felix nāq; es ſacra virgo
maria et omni laude digniſſima. Quia
ex te ortus eſt ſol iuſticie xpūs deus nr̄. ℣.
Ora pro populo interueni pro clero inter
cede pro deuoto femineo ſexu ſentiant oēs
tuum leuamen quicunq; celebrant tuā
commemorationem. Quia ex te ortus.

Gloria p̄ri et filio et spiritui sancto. R̸
xp̄us deus n̄r. Diebz martis et veneris
dicitur psalmi sequentes. an̄. Specie. ps.

Eructauit cor meum v̄bum
bonum: dico ego op̄a mea regi
Lingua mea calamus scribe:
velociter scribentis.
Speciosus forma pre filiis hom
inum: diffusa ē grā ī labiis tuis pro
pterea b̄ndixit te de⁹ in eternum
Accingere gladio tuo super fem
ur tuum potentissime
Specie tua et pulcritudīe tua:
intende prospere procede et regna.
Propter veritatem et mansuetu
dinem et iusticiam: et deducet te mi
rabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute populi sub te
cadent in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in seculum seculi:
virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iusticiam et odisti ini
quitatem: propterea unxit te deus de-
us tuus oleo leticie pre consortibus tuis.
Mirra et gutta et casia a vestimen
tis tuis a domibus eburneis ex quibus
delectaverunt te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in ve
stitu deaurato: circumdata varietate.
Audi filia et vide et inclina aurem
tuam: et obliviscere populum tuum
et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam
ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum.

Et filie tyri in muneribus: vultũ
tuum deprecabũtur· omnes diuites plebis
Omnis gloria eius filie regis ab
intus in fimbriis aureis: circumami
cta varietatibus
Adducentur regi virgines poſt
eam: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatiõe:
adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi
filii: conſtitues eos principes ſuper
omnem terram
Memores erunt nominis tui dñe
in omni generatiõe et generationem.
Propterea populi confitebuntur
tibi in eternum et in ſeculum ſeculi
Gloria patri et filio et ſpũi ſctõ.

deus nr

Deus noster refugium et vir
tus: adiutor in tribulatio
nibus q̄ invenerūt nos nimis.
Propterea non timebimus dū
turbabitur terra: et transferentur
montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aq̄
eorum: conturbati sunt montes
in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat civi
tatem dei: sanctificavit tabernacu
lum suum altissimus.
Deus in medio eius non com
movebitur: adiuvabit eam deus
mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et ī
clinata sunt regna: dedit vocem suā

mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcū:
ſuſceptor noſter deus iacob.
Venite et videte opera domini:
que poſuit prodigia ſuper terram
Auferens bella uſq; ad finē terre:
arcum conteret et confringet ar
ma et ſcuta comburet igni.
Vacate et videte quoniam ego
ſum deus exaltabor in gentibus
et exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcū
ſuſceptor noſter deus iacob.
Gloria pr̄i & filio & ſpūi ſcō. Ps.
Fundamenta eius in montib;
ſanctis: diligit dominus
portas ſyon ſuper oīa tabernacula

iacob.
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.
Memor ero raab et babilonis.
scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et populus ethyopum: hii fuerunt illic.
Numquid syon dicet homo et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis populorum et principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium habitacio est in te.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Aña.
Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. ℣. Adiuuabit eam deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius nō

commouebitur. Pater nr̃. Et ne nos. Sed
Iube domne benedicere. Beate marie vir-
ginis filius sit nobis adiutor et ꝓpici⁹. Amē.
Sancta maria virgo. Lc̃. iiij.
virginum mater et filia re-
gis regum omnium tuum nobis
impende solacium: ut celestis regni
per te mereamur habere premium: et
cum electis dei regnare in perpetuū.
Tu aũt. R̃. Beata es virgo maria que
dominum portasti creatorem mundi. genui-
sti qui te fecit et in eternum permanes vir-
go. Ṽ. Aue maria grã plena dominus tecū.
Genuisti. Iube domne benedicere. Filius
marie virginis nos benedicat qui sine fi-
ne viuit et regnat. Amē. Lect. v.
Sancta maria piarum piis-

ſuma intercede pro nobis ſanctarũ
ſanctiſſima: ut per te virgo glorio
ſa ſumat nr̃a precamina qui pro
nobis ex te natus regnat ſuper ethe
ra: ut ſua caritate nr̃a deleantur pec
camina. Tu aũt. ℟. Ad nutum dñi
nr̃i ditantis honorem. Sicut ſpina roſam ge
nuit iudea mariam. Ut vicium virtus ope
riret grã culpam. Sicut ſpina. Jube domine be
nedicere. Sancta dei mr̃ ꝓ nobis iugit' oret. Am̄.

Sancta dei genitrix que Lc. vj
digne meruiſti concipere
quem totus orbis nequiuit comp̃
hendere tuo pio interuentu culpas
nr̃as ablue ut perhennis ſedem glĩe
per te redempti valeamus ſcandere:
ubi manes cum filio tuo ſine tẽpore:

Tu autem domine miserere nostri. ℟.
Missus est angelus gabriel ad virginem
desponsatam ioseph nuncians ei verbum
et expavescit virgo de lumine ne timeas
maria invenisti enim gratiam apud dominum.
Ecce concipies et paries filium et vocabitur
altissimi filius. ℣. Ave maria gratia plena
dominus tecum. Ecce concipies. Gloria patri.
Ecce concipies. Diebus mercurii et sab
bati dicitur psalmi sequentes. antiphona. Gaude.
Cantate domino canticum
novum: cantate domino
omnis terra.
Cantate domino et benedicite no
mini eius: annunciate de die in
diem salutare eius.
Annunciate inter gentes glo

nã eius in omnibus populis
mirabilia eius.
Qm̃ magnꝰ dñs ⁊ laudabilis
nimis: terribilis ẽ super oẽs deos.
Qm̃ oẽs dii gẽtiũ demonia: do
minus autem celos fecit
Confessio et pulcritudo in con
ſpectu eius: ſanctimonia et ma
gnificentia in ſanctificacione eius
Afferte domino patrie gẽtium:
afferte domino gloriam et hono
rem afferte dño gliã nomini eiꝰ.
Tollite hostias et introite in
atria eiꝰ: adorate dominum in
atrio ſancto eius.
Commoueat̃ a facie eius vni
uerſa terra dicite in gentibus q̃r

dominus regnauit.
Etenim correxit orbē terre qui
nō cōmouebit: iudicabit popu
los in equitate.
Letētur celi et exultet terra: com
moueatur mare et plenitudo eiꝰ
gaudebūt cāpi ⁊ oīa que ī eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna
siluarum a facie domini quia venit
quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre ī equitate
et populos in veritate sua
Gloria patri et filio et spūi scō. ps.
Dominus regnauit exultet
terra: letētur insule multe
Nubes ⁊ caligo in circuitu eius
iusticia ⁊ iudiciū correctio sedis eius

Ignis ante ipsum precedet et inflā
mabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terre:
vidit et commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie
domini a facie domini omnis terra.
Annunciauerunt celi iusticiā eius:
et viderunt omnes populi gliām eius.
Cōfūdantur oēs qui adorāt sculpti
lia: ⁊ qui gliant᷑ in simulacris suis.
Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit et letata est syon.
Et exultauerunt filie iude propt'
iudicia tua domine.
Qm̄ tu dn̄s altissim᷒ sup oēm terrā:
nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite ma

lium: cuſtodit dominus animas
ſanctorum ſuorum de manu pec
catoris liberauit eos

Lux orta eſt iuſto: et rectis corde leti.

Letamini iuſti in domino et cō
fitemini memorie ſcificacionis eius

Gloria patri et filio et ſpūi ſcō. Ps.

Cantate domino canticum no
uum quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius et bra
chium ſanctum eius

Notum fecit dominus ſalutare
ſuū ī cōſpectu gentium reuelauit
iuſticiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordie ſue:
et veritatis ſue domui iſrael

Uiderunt omnes termini terre:

ſalutare dei noſtri.

Iubilate deo omnis terra cantate et exultate et pſallite.

Pſallite domino in cythara in cythara et voce pſalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee.

Iubilate in conſpectu regis dñi moueatur mare et plenitudo eius orbis terrarũ ⁊ vniuerſi q̃ hītāt in eo.

Flumina plaudent manu ſimul' montes exultabunt a conſpectu domini quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſticia et populos in equitate.

Gloria pr̄i et filio et ſpui ſcō.

Gaude maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. ℣. Specie tua.

pulcritudine tua. Intende proſpere procede
et regna. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera.
Iube domine benedicere. Ab hoſte maligno
eripiat nos dei genitrix virgo. Amen.
O btā maria quis tibi . Lect. vij
digne valeat nr̄a gratiarū
et laudum preconia impendere que
ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuc
curriſti perdito. quas tibi laudes fra
gilitas humani generis perſoluat.
que ſolo tuo commercio recuperan
di vitam aditum inuenit. Accipe
itaq; et qualeſcūq; exiles et qualeſcūq;
meritis tuis impares gratiarum
actiones et cum ſuſceperis vota cul
pas nr̄as orando excuſa. Tu aūt ℟
Aue maria gratia plena dominus tecum.

Spūs sanctus superueniet in te et virtus
altissimi obumbrabit tibi ideoqꝫ qđ na
scetur ex te sanctum vocabitur filius dei.
Quomodo fiet istud quoniā virum non
cognosco et respondens angelus dixit ei.
Spūs. Iube. In omni tribulacione et
angustia succurrat nobis piissima virgo
maria. Amen. Lect°. viij.

Admitte piissima dei geni
trix virgo maria preces no
stras intra sacrarium tue exauditio
nis et reporta nobis: antidotum re
conciliacionis. Sit per te excusabi
le quod per te ingerimus: fiat īpe
trabile qđ fidamente poscimus.
Accipe itaqꝫ quod offerimus: impetra
quod rogamꝰ excusa quod timemꝰ

Tu aut. ℟. Stirps ieſſe virgam produ
xit virgaqꝫ florem. Et ſuper hunc flo
rem requieſcat ſpūs almus. ℣. Virgo
dei genitrix virga eſt flos filius eius.
Et ſuper. Iube domne benedicere. Ad
gaudia paradiſi perducat nos maria
mater xp̄i. Amen. Lectio octaua:~

Sancta maria ſuccurre mi
ſeris: iuua puſillanimes:
refoue flebiles: ora pro populo iī
ueni pro clero. interuede pro deuo
to femineo ſexu ſentiant omnes
tuum leuamen quicunqꝫ celebrāt
tuam commemorationē. Aſſiste
ergo parata votis poſcentium et
reporta nobis omnibꝫ obtatum
effectum. Sit tibi ſtudium aſſi

dne exorare pro populo dei. que
meruisti virgo benedicta ferre pre
cium mundi. Tu autẽ dñe. ℟.
Super salutem et omnem pulcritu
dinem dilecta es a domino et regina
celorum vocari digna es. Gaudent
chori angelorum consortes et conci
ues nostri. ℣. Valde eam nos opor
tet venerari que tam sancta ⁊ intacta
est virgo. Gaudēt chori angelorum
Gloria pr̄i ⁊ filio et spūi sc̄o. Gaudēt
chori angelorũ. Cãtic scõr ãb. et aug.
Te deum laudamus te domi
num confitemur.
Te eternũ prẽ oĩs t̃ra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi celi et
vniuerse potestates.

Tibi cherubin et ſeraphin: inceſ
ſabili voce proclamant
Sanctus. Sanctus Sctus.
Dominus deus ſabaoth.
Pleni ſunt celi et terra maieſta
tis glorie tue.
Te glorioſ⁹ apl'orum chorus
Te ꝓphetarũ laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus lau
dat exercit⁹.
Te per orbem terrarum ſancta con
fitetur eccleſia
Patrẽ immenſe maieſtatis
Venerandum tuum verum et
unicum filium
Sctm q̃ꝫ paraclitũ ſpiritum.
Tu rex glorie xp̄e

Tu patris ſempiternus et filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus
hominem non horruiſti virginis vterū
Tu deuicto mortis aculeo aperui
ſti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei ſedes in glo
ria patris.
Iudex crederis eſſe venturus
Te ergo queſumus famulis tuis
ſubueni quos precioſo ſanguine redemiſti.
Eterna fac cum ſanctis tuis in
gloria numerari.
Saluum fac populū tuum
domine et benedic hereditati tue
Et rege eos et extolle illos vſqȝ
in eternum.
Per ſingulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſeculum et in ſeculum ſeculi.

Dignare domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire

Miſerere nr̃i dñe miſerere noſtri.

Fiat mĩa tua domine ſuper nos quemadmodũ ſperauim⁹ in te

In te domine ſperaui non confundar in eternum

Specioſa facta es et ſuauis. Reſpons.

In delitiis tuis ſancta dei genitrix.

Ad laudes.

ctitudo domine in lõgitudinem dierũ.
Gloria pr̃i et filio et spui scto.
Iubilate deo omnis terra: seruite
domino in leticia.
Introite in cõspectu eiꝰ i exultacõe
Scitote quoniam dominus ipse ē
deus: ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos
Populus eius et oues pascue eius:
introite portas eius in confessione
atria eius in hymnis ɔfitemini illi
Laudate nomen eius quoniam
suauis est dominus: in eternũ mĩa eiꝰ
⁊ usqȝ i generatiõe ⁊ generatiõem veritas eiꝰ.
Gloria pr̃i et filio et. Psalmus.
Deus deus meus: ad te de lu
ce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: q̃ml'

tipliciter tibi caro mea.

In terra deserta in via et inaq̊sa: sic in sancto apparuit tibi ut videre virtutẽ tuam et gl'iam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas labia mea laudabũt te.

Sic bñdicã te in vita mea: et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedĩe repleatur aĩa mea: et labiis exultacionis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratũ meum: in matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo adhesit aĩa mea post te me suscepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum queſierūt
animam meam introibūt in infe
riora terre: tradentur in manus
gladii partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo lauda
buntur omnes qui iurāt ī eo quia
obſtructū ē os loquentium iniqua.
Deus miſereatur noſtri et bene
dicat nobis: illūinet vultū
ſuū ſuper nos et miſereatur noſtri.
Ut cognoſcamus in terra viā tuā
ī omīb; gentibus ſalutare tuum.
Confiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes: qm̄
iudicas populos ī equitate et gen
tes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus
confiteantur tibi populi omnes
terra dedit fructum ſuum
Benedicat nos deus deus noſter
benedicat nos deus et metuant eũ
omnes fines terre
Gloria prĩ et filio et ſpũi ſcõ
Sicut erat. Pſalmus dauid:-
Benedicite omnia opera dñi
domino. laudate et ſuperex
altate eum in ſecula
Bñd ãgeli dñi dño: bñd celi dño.
Bñd aque omnes que ſup celos
ſunt domino benedicite omnes vir
tutes domini domino.
Bñd ſol et luna domino bene
dicite ſtelle celi domino.

Bñd ymber et ros domino bñd
omnis ſpiritus dei domino.
Bñd ignis et eſtus domino bene
dicite frigus et eſtas domino.
Bñd rores et pruina domino:
bñd gelu et frigus domino
Bñd glacies et niues domino
benedicite noctes et dies domino.
Benedicite lux et tenebre dño
bñd fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominum lau
det et ſuper exaltet eum in ſecula.
Bñd montes et colles domino
bñd vniuerſa germinantia ĩ tra dño
Bñd fontes domino benedicite
maria et flumina domino.
Benedicite cete et omnia que

mouentur in aquis domino bñd
omnes volucres celi domino.
Bñd omnes bestie et pecora do
mino: bñd filii hominũ domino
Bñdicat israel dominũ laudet
et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini
dño: bñd servi domini domino
Bñd spũs et anime iustorum
dño: bñd sci et humiles corde domino
Bñd anania azaria misael dño
laud et superexaltate eum in scl'a.
Benedicamus p̄rem et filium
cum sancto spũ laudemus et sup
exaltemus eum in secula.
Benedictus es domine ĩ firma
mento celi: et laudabilis et gloriosꝰ

et ſuperexaltatus ĩ ſecula. Amē. Ps.
Laudate dominum de celis: laudꝫ eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eiꝰ: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol et luna: laudate eum omnes ſtelle et lumen.
Laudate eum celi celorũ ꝫ aque oẽs que ſuper celos ſunt laudent nomen domini
Quia ipſe dixit et facta ſunt ipſe mandauit et creata ſunt.
Statuit ea ineternũ et ĩ ſclm̄ ſeculi: preceptũ poſuit et nõ preteribit.
Laudate dominum de terra dracones et omnes abiſſi.
Ignis grando nix glacies

ſpūs pcellarū q̄ faciūt verbū eius.
Montes et omnes colles: ligna
fructifera et omnes cedri
Beſtie et uniuerſa pecora ſerpen
tes et volucres pennate.
Reges terre et omnes populi:
principes et omnes iudices terre
Iuuenes et virgines ſenes cum
iunioribus laudent nomen dñi
q2 exaltatū ē nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper celum et terram
et exaltauit cornu populi ſui
Hymnus omnibꝫ ſc̄is eius filijs
iſrl' populo appropinquāti ſibi.
Cantate domino canticū nouū
laus eius in eccleſia ſanctorum
Letetur iſrael in eo qui fecit eū

et filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius ī choro.
ī tympano ⁊ psalterio psallant ei
Quia beneplacitū est domino in
populo suo ⁊ exaltauit mansuetos
in salutem
Exultabunt sancti in gloria le
tabuntur in cubilibus suis
Exultationes dei in gutture eorū
⁊ gladij ancipites ī manibꝫ eorum.
Ad faciendam vindictam in
nationibꝫ increpationes in populis
Ad alligandos reges eorum in
cōpedibꝫ ⁊ nobiles eorū ī manicis ferreis.
Ut faciāt in eis iudiciū conscri
ptū gl'ia hec ē omnibꝫ sanctis eius.

Psalmus.

Laudate dominum in ſcīs
eius: laudate in firmamē
to virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum ſecundum mł
titudinem magnitudinis eius
Laudate eum in ſono tube lau
eum in pſalterio et cithara.
Laudate eum ī tȳpano ꝛ choro
laudꝰ eum in cordis et organo.
Laudate eum in cymbalis bn̄
ſonantibꝫ laudate eū ī cȳbalis iu
bilatioīs oīs ſpūs laudet dominū.
Gliā pr̄i ꝛ filio et ſpui ſcō. ant.
Benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui. Capitulū
Te laudant angeli atqꝫ archan

geli sancta dei genitrix que virum non cognouisti: et dominum deū nostrum in tuo scō vtero baiulasti. Deo gratias. Hymnꝰ

Virgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Vera fides geniti purgauit crimina mundi et tibi virginitas inuiolata manet. Te matrem pietatis opem te clamitat orbis subuenias famulis o benedicta tuis. Gloria magna pr̄i compar tibi gloria nate cum sancto spū gloria magna pr̄i. Amē. ℣ Elegit eam deus et preelegit eam ℟ Et habitare eam

facit in tabernaculo suo. ã. Hec ē regina.

Benedictus dominus deus israel quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue

Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri sui

Sicut locutus ē per os sanctorū q̄ a seculo sunt prophetarum eius

Salutem ex inimicis nr̄is: et de manu omnium qui oderūt nos

Ad faciēdā miam cū prib; nostris ꝛ memorari testamēti sui scti.

Iusiurandū qd iurauit ad abrahā prēꝫ nr̄ꝫ: daturū se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

in sanctitate

In ſanctitate et iuſticia corā ipō: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis preibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam ſcientiā ſalutis plebi eiꝰ ī remiſſiōem pctorū eorum.

Per viſcera mīe dei nrī: ī quibꝫ viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes nrōs ī viā pacis

Gloria prī et filio et ſpiritui ā.

Hec eſt regina virginum que genuit regem regum velut roſa decora virgo dei genitrix per quā reperimus deum et hominem alma virgo virginum intercede

dat pro nobis omnibus. Domine exau
di orōnē meā. Et clamor. Oremus.
Deus qui corda fidelium scī
spūs illustratione docuisti
da nobis in eodem spū recta sapē
et de eius semper cōsolatiōe gaudē
Deus qui de beate marie vir
ginis vtero verbum tuum
angelo nunciante carnē suscipere
voluisti: presta supplicibus tuis: ut
qui vere eam dei genitricem credimꝰ
eius apud te intercessionibꝫ adiu
uemur. Oratio.
Ecclesiam tuam quesumus
domine benignus illustra
ut beati iohannis apostoli tui et
euangeliste illuminata doctrinis

Gloria pri et filio et spūi scō
Sicut erat in principio ⁊ nūc
et semper ⁊ ī secla sclo͞r. A. Hymnus
Veni creator spūs mentes
tuorum visita imple su
perna gra que tu creasti pectora.
Memento salutis auctor q̄ nrī
quōdā corporis ex illibata virgi
ne nascendo formā sumpseris.
Maria mater grē mater mīe tu
nos ab hoste protege et hora mor
tis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum pr̄e et sancto spū
in sempiterna secula. Amen. Psal
Beatus vir qui mus DD:-
non abiit in consilio im

piorum: et in via peccatorum nõ
stetit et in cathedra pestilentie nõ
Sed in lege domini vo sedit.
luntas eius et in lege eius medi
tabitur die ac nocte
Et erit tanq̃ lignum qd plan
tatum est secus decursus aquarũ:
q fructum suum dabit in tpe suo
Et folium eius non defluet et
omnia quecumq3 faciet prospera
Non sic impii non sic abiit
sed tanq̃ pulvis quem proicit vẽ
tus a facie terre.
Ideo non resurgunt impii
in iudicio neq3 peccatores in cõsilio
iustorum
Quoniam novit dominus

viam iustorum et iter impiorum
Gloria patri et filio Peribit.
Sicut erat in principio et nunc
Quare fremuerunt gentes: et
populi meditati sunt inania.
Astiterunt reges terre et principes
convenerunt in unum adversus do
minum et advers[us] xpm eius
Disrumpamus vincula eorum:
et proiciamus a nobis iugum ipsorum
Qui habitat in celis irridebit
eos: et dominus subsanabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira
sua: et in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex
ab eo super syon montem sanctum
eius: predicans preceptum eius

Dominus dixit ad me filius
meus es tu: ego hodie genui te.
Postula a me et dabo tibi gē
tes hereditatem tuam et possessio
nem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea et tāq̄
vas figuli confringes eos
Et nunc reges intelligite erudi
mini qui iudicatis terram
Seruite domino in timore: et
exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinā neqñ
irascatur dominus: et pereatis de via
Cum exarcerit in breui Iusta.
ira eius: beati oēs qui cōfidūt ī eo.
Gloria pr̄i et filio ⁊ spiritui scō.
Sicut erat in principio et nunc

Verba mea auribus perci
pe domine intellige cla
morem meum.
Intende voci orationis mee rex
meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo domine
mane exaudies vocem meam.
Mane aſtabo tibi et videbo qm̄
non deus volens iniquitatē tu es.
Neqꝫ habitabit iuxta te mali
gnus: neqꝫ permanebunt iniuſti
ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operantur
iniquitatem perdes omnes qui
loquuntur mendacium.
Virum ſanguinum et doloſū
abhominabitur dominus ego

auit in multitudine mīe tue.
Introibo in domum tuam
adorabo ad templum ſanctum
tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iuſticia
tua propter inimicos meos diri
ge in conſpectu tuo viam meam
Quoniam non eſt in ore eor
veritas cor eorum vanum eſt
Sepulchrum patens eſt guttur
eorum linguis ſuis doloſe agebant
iudica illos deus.
Decidant a cogitacionibus ſuis
ſecundum multitudinē impieta
tum eorum expelle eos: quoniam
irritauerunt te domine.
Et letentur omnes qui ſperant

in te: in eternum exultabunt et
habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum: quo
niam tu benedices iusto.
Domine ut scuto bone volunta
tis tue coronasti nos.
Gloria patri et filio et spũi sctõ.
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum A.
Benedicta tu in mulieribus et bene ant.
dictus fructus ventris tui. Capitulũ.
Felix nãq3 es sacra virgo ma
ria et omni laude dignis
sima quia ex te ortus est sol iusti
cie xp̃us deus noster. Deo grãs.
℟. Diffusa est gratia in labiis tuis ℟.

Diffusa est gratia in labiis tuis. V. —
Propterea benedixit te deus in eternum.
Diffusa est grã in labiis tuis. Gl'ia
prĩ et filio et spiritui sancto. Diffusa ẽ
grã in labiis tuis. V. Specie tua et pul
chritudine tua R. Intende prospere procede
et regna. Domine exaudi orõem meã
Et clamor meus ad te veniat. Orõ.
Deus qui apostolis tuis san
ctum dedisti spiritum. cõ
cede plebi tue pie peticionis effectum.
ut quibus dedisti fidem largiaris
Famulorum Et pacem.
tuorum quesumus domine
delictis ignosce: ut qui tibi placere
de actibus nr̃is non valemus. ge
nitricis filii tui domini nr̃i iesu

xp̄i interceſſione ſaluemur. Oro.
Eccleſiam tuam queſumus
domine benignus illuſtra
ut beati iohannis apoſtoli tui et
euangeliſte illuminata doctrinis
a dona perueniat ſempiterna. Per
xp̄m dominum noſtrum. Amen
Benedicamus domino. Deo grās.

Ad terciam.



Deus in adiutoriũ
meum intende
Dñe ad adiu
uandum me fe

Glīa prī et filio et ſpiritui ſcto
Sicut erat in principio et nūc
et ſemper et in ſclā ſeculorū A.
Veni creator ſpūs mentes
tuorum viſita imple ſu
perna grā que tu creaſti pectora.
Memento ſalutis autor qꝫ nrī
quōdam corporis ex illibata vir
gine naſcendo formā ſuſpceris.
Maria mater grē mater mīe
tu nos ab hoste protege et hora
mortis ſuſcipe
Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et ſancto
ſpiritu ī ſempiterna ſecula. Amē
Ad dominū. ā. Dignare me
cum tribularer clamaui

et exaudiuit me.
Domine libera animam me-
am a labijs iniquis: ⁊ a lingua
Quid detur tibi dolosa.
aut quid apponatur tibi ad
linguam dolosam.
Sagitte potentis acute cum
carbonibus desolatorijs.
Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habitaui
cum habitantibus cedar: multū
incola fuit anima mea.
Cum hijs qui oderunt pacē
eram pacificus: cum loquebar illis
impugnabant me gratis.
Gloria patri et filio et spūi sctō
Sicut erat in principio et nunc

Levavi oculos meos in mõ
tes unde veniet auxilium
Auxilium meum a do Cmich
mino: qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pedẽ
tuũ: neq; dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neq; dor
miet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus
protectio tua super manum dexte
ram tuam.
Per diem sol non uret te neq;
luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni
malo custodiat aĩam tuã domin⁹.
Dominus custodiat introitum
tuum: ex hoc nunc et usq; ĩ sclm.

Gloria patri et filio et spũi sctõ.

Letatus sum in his que Ps
dicta sunt michi: in domũ
domini ibimus

Stantes erant pedes nr̃i: in atri
tuis iherusalem.

Iherusalem que edificatur ut
ciuitas cuius participacio eius
in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus
tribus domini: testimonium isrl'
ad confitẽdum nomini domini

Quia illic sederunt sedes in iu
dicio: sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt ihe
rusalem et abũdãtia diligentib; te

Fiat pax in uirtute tua: et abũ

dantia in turribus tuis
Propter fratres meos et proxi
mos meos loquebar pacē de te.
Propter domum domini dei
nostri: quesiui bona tibi
Gloria patri et filio et spiritui
Sicut erat in principio et nūc
et semper et in secula seculorum. Amen.
Dignare me laudare te virgo. ant.
sacrata da michi virtutem contra
hostes tuos. Capitulum.
Paradisi porta per euam
cunctis clausa est. et per
mariam virginem iterum pate
facta est. Deo gratias. Respons.
Specie tua et pulcritudine tua. Specie
tua et pulcritudine tua. ℣. Intende pro

specie procede et regna. Specie tua et
pulchritudine tua. Gloria patri et
filio et spiritui sancto. Specie tua et
pulchritudine tua. ℣. Adiuuabit eam
deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius
non commouebitur. Domine ex
audi orationem meam. Et clamor meus
ad te veniat. Oremus. Oratio.

Adsit nobis quesumus do
mine virtus spiritus sancti
que et corda nostra clementer expur
get et ab omnibus semper tueatur
aduersis. Per dominum.

Concede nos famulos tuos
quesumus domine deus
perpetua mentis et corporis sani
tate gaudere: et gloriosa beate ma

ne ſemper virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia: et eterna perfrui leticia.

Eccleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra ut beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum.

Ad ſextam.



Deus in adiutoriũ
meum intende
Dñe ad adiuuã
dum me festina

Gloria patri et filio et spūi sctō.
Sicut erat in principio et nunc.
Veni creator spiritus mentes
tuorum visita imple super
na gratia que tu creasti pectora.
Memento salutis autor qꝰ nostri
quondā corporis ex illibata virgīe
nascendo formam sumpseris
Maria mater gratie mater miseri
cordie tu nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe.
Gloria tibi domīe qui natus es
de virgine cū prē et sancto spū in
sempiterna secula. A. ā Post partum
Ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis
Ecce sicut oculi servorum: in ma

nibus dominorum ſuorum
Sicut oculi ancille in manibꝫ
domine ſue ita oculi noſtri ad
dominum deum noſtrum donec
miſereatur noſtri.
Miſerere nrī domine miſerē nrī:
quia multum repleti ſumus deſp̄
Quia multum repleta Tectiõe
eſt anima noſtra: opprobrium
abundantibus et deſpectio ſupbis.
Gloria patri et filio et ſpiritui
Sicut erat in principio et nūc.
Niſi quia dominus erat in ꝑ.
nobis dicat nunc iſrael: ni
ſi quia dominus erat in nobis
Cum exurgerent homines ī nos
forte vivos deglutiſſent nos.

Cum irasceretur furor eorũ in
nos: forsitã aqua absorbuisset nos.
Torrentẽ pertrãsiuit anima no
stra: forsitã pertransisset anima nr̃a
aquam intollerabilem.
Benedictus dominus qui non
dedit nos: in captiõe dẽtibz eorum.
Anima nostra sicut passer
erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos
liberati sumus.
Adiutorium nr̃m in nomĩe
domini qui fecit celũ et terram. ps.
Gloria patri et filio et spiritui.
Qui confidunt in domino
sicut mons syon non com
mouebitur ineternum qui habi

tat in iherusalem

Montes in circuitu eius et dn̄s
in circuitu populi sui ex hoc nūc
et usqȝ in seculum.

Quia non relinquet domin⁹
virgam peccatorum super sorte̅
iustorum ut non extendent iusti
ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis et rectis
Declinantes aut̄ in corde.
obligationes adducet dominus
cum operantibus iniquitatem
pax super israel.

Gloria pr̄i et filio et spui̅. aña.
Post partum virgo inviolata permansisti
dei genitrix intercede pro nobis.

Capitulum.

Gaude maria virgo cunctas
hereſes ſola interemiſti in
vniuerſo mundo. Deo gratias.
R. Adiuuabit eam deus vultu ſuo. Adiu
uabit eam deus vultu ſuo. V. Deus in
medio eius non commouebitur. Adiu
uabit eam deus vultu ſuo. Gloria patri
et filio et ſpiritui ſancto. Adiuuabit
eam deus vultu ſuo. V. Elegit eam deus
et preelegit eam. Et habitare eam facit
in tabernaculo ſuo. Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te veniat.
Oratio. Mentes noſtras queſumus
domine ſpiritus paraclitus
qui a te procedit illuminet: et indu
cat in omnem ſicut tuus promi
ſit filius veritatem.

Concede miſericors deus fra
gilitati noſtre preſidiũ
ut qui ſacte dei genitricis et vir
ginis marie memoriam agimꝰ
intercessionis eius auxilio a no
ſtris iniquitatibus reſurgamus.
Ecclesiam tuam queſumus
domine benignus illuſtra
ut beati iohannis apoſtoli tui et
euangeliſte illuminata doctri
nis ad dona perueniat ſempiter
na. Per dominum noſtrum

Ad nonam.



Deus in adiutoriũ
meum intende.
Dñe ad adiuuã
dum me festina

Gloria patri et filio et spũi scõ
Sicut erat in principio et nũc
et semper et in secula seculorũ. Amen.
Ueni creator spiritus mẽtes
tuorum visita imple su
perna gratia que tu creasti pectora
Memento salutis autor quod nr̃i
quõdam corporis ex illibata vir
gine nascendo formã sumpseris.
Maria mater gratie mater
mĩe tu nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui nat⁹
es de virgine cum patre et sctõ
spiritu in sempiterna secula. Amen.
In conuertendo. Aña. Sicut lilium.
dominus captiuitatẽ syon

facti sumus sicut consolati
Tunc repletum est gaudio os
nostrum et lingua nr̄a exultacōe
Tunc dicent inter gentes ma
gnificauit dominus facere cū eis.
Magnificauit dominus facere
nobiscum facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuita
tem nr̄am sicut torrens in austro
Qui seminant in lachrimis:
in exultacione metent.
Euntes ibant et flebant: mit
tentes semina sua
Uenientes autem venient cum
exultacione portantes manipu
Gloria patri et filio. los suos.
Sicut erat in principio et nunc

Nisi dominus edificauerit
domum: in vanum labo
rauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuita
tem frustra vigilat qui custodit
Vanum est vobis an[te lucem surgere] eam.
te lucem surgere: surgite postq̄
sederitis qui manducatis panem
Cum dederit dilectis [suis somnum ecce] dolons.
suis somnum ecce hereditas domi
filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis
ita filij excussorum.
Beatus vir qui impleuit deside
rium suum ex ipsis non confundet
cum loquetur inimicis suis ī porta.
Gloria patri et filio et spui sc̄o.

Beati omnes qui timent dominũ qui ambulãt in viis
Labores manuum tuarum quia Deus.
nũ q̃ mãducabis beatus es: et bene tibi
Uxor tua sicut vitis erit.
abundans in lateribus dom⁹ tue.
Filii tui sicut novelle olivarũ
in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex syon
et videas bona ihr̃lm omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorũ tuorum
pacem super israel.
Gloria patri et filio et spũi scõ.
Sicut erat in principio et. añt.

Sicut lilium inter ſpinas ſic amica
mea inter filias. Capitul'.

Per te dei genitrix eſt nobis
vita perdita data: que de
celo ſuſcepiſti prolem et mundo
genuiſti ſaluatorem. Deo grãs.
℞. Elegit eam deus et preelegit eam.
Elegit eam deus et preelegit eam. ℣.
Et habitare eam facit in tabernaculo ſuo.
Elegit eam deus et preelegit eã. Glia
pr̄i et filio et ſpiritui ſancto. Elegit eã
deus et preelegit eam. ℣. Poſt partum
virgo inuiolata permanſiſti. ℞. Dei
genitrix intercede pro nobis. Or̄o.

Mentibus nr̄is queſumus
domine ſpiritum ſanctũ
benign⁹ infunde: vt cui⁹ ſapiētia

cõditi ſum⁹ ⁊ prouidẽtia gubernem̄. Protege domine famulos tuos ſub ſidijs pacis: et beate marie ſemper virginis patrocinijs confidentes a cunctis hoſtib⁹ et periculis redde ſecuros. Oratio.

Eccleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra ut beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum

Ad veſperas.



DEus in adiutori
um meum intēde
Dñe ad adiuuã
dum me festina.

Gloria patri et filio et spũi scõ.
Sicut erat in principio et nũc
et semper et in secula seculorũ. Am.
Letatus sum. ã. Beatam. ps.
in hys que dicta sunt mi
chi: in domũ domini ibimus
Stantes erant pedes nostri: in
atriis tuis iherusalem
Iherusalem que edificatur
ut civitas: cuius participatio eius
in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus
tribꝫ domini: testimonium israel ad
confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iu
dicio: sedes super domum david:
Rogate que ad pacem sunt

iheruſalē: et abūdātia diligētib᷒ te.
Fiat pax in virtute tua et
abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proxi
mos meos: loquebar pacē de te.
Propter domum domini dei
noſtri queſiui bona tibi.
Gloria patri et filio et ſpūi ſcō.
Sicut erat in principio et nūc
et ſemper et ī ſecula ſeculorū. A.
Ad te leuaui oculos meos:
qui habitas in celis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum in
manibus dominorum ſuorum.
Sicut oculi ancille in manib᷒
domine ſue ita oculi noſtri ad do
minū deum noſtrum donec mi

ſeratur noſtri.

Miſerere nr̃i domine miſerere
nr̃i: quia multum repleti ſum⁹
Quia multũ deſpectione
repleta eſt anima noſtra oppro
brium abundantibus et deſpe
ctio ſuperbis.

Gloria prĩ et filio et ſpũi ſcõ.

Sicut erat in principio

Niſi quia dominus erat in
nobis dicat nunc iſrael:
niſi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in
nos: forte viuos degluttiſſent nos.
Cum iraſceretur furor eorum
forſitã aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertranſiuit aĩa

noſtra forſitan pertranſiſſet aīa
noſtra: aquā intollerabilem
Benedictus dominus qui nō
dedit nos in captiōe dētibꝫ eorū.
Anima noſtra ſicut paſſer ere
pta eſt de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt: et nos
liberati ſumus.
Adiutorium noſtrum in noīe
domini qui fecit celū et terram.
Gloria patri et filio et ſpūi ſctō.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemꝑ: et in ſclā ſeculoꝝ amen.
Qui confidunt in domino
ſicut mons ſyon: non cō
mouebitur ineternum qui habi
tat in iheruſalem.

Montes in circuitu eius et dñs
in circuitu populi ſui: ex hoc nũc
et vſq; in ſeculum.
Quia non relinquet dominꝰ
virgã peccatorum ſuper ſortem iu
ſtorum: ut non extendãt iuſti ad
iniquitatem manus ſuas.
Benefac domine bonis et rectis
Declinantes autem in corde.
in obligationes adducet dominꝰ
cũ operantibus iniquitatē pax
ſuper iſrael.
Gloria patri et filio et ſpũi ſancto
Sicut erat in principio ⁊ nũc
In conuertendo dominus
captiuitatem ſyon: facti
ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum est gaudio os
nostrum et lingua nr̄a exultatiōe
Tunc dicent inter gentes ma
gnificauit dn̄s facere cum eis.
Magnificauit dominus facere
nobiscū facti sumus letantes.
Conuerte domine captiuitatē
nostram sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrimis
in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant: mit
tentes semina sua.
Uenientes autem uenient cum
exultatiōe: portātes manipulos suos
Gloria pr̄i et filio et spūi sc̄o.
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in sc̄la seculorū Am̄. an̄t.

Beatam me dicent omnes generatiões quia ancillam humilem respexit de⁹. Cp̄.

Beata es virgo maria que dominum portasti creatorem mundi: genuisti qui te fecit et ineternum permanes virgo.

Deo gratias. Hym⁹

Ave maris stella dei mater alma atq₃ semper virgo felix celi porta

Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve.

Solve vincla reis profer lumē cecis mala nostra pelle bona cūcta posce.

Monstra te esse matrem sumat per te preces qui

pro nobis natus tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis inter om̃s
mitis nos culpis ſolutos mites
fac et caſtos.
Vitam preſta puram iter pa
ra tutum ut videntes ihesum ſẽ
per colletemur.
Sit laus deo prĩ ſummo xp̃o
decus ſpiritui ſancto trinus ho
nor vnus. Amen. ℣. Poſt partũ
virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei ge
nitrix intercede pro nobis. Añ. Sancta
maria. Canticũ be me.
Magnificat aĩa mea dominũ
Et exultauit ſp̃us meus
in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem an

alle sue: ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui
potens ē: et sanctum nomē eius.
Et misericordia eius a proge
nie in progenies timētibꝫ eum.
Fecit potenciam in brachio suo
dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et exal
tavit humiles.
Esurientes impleuit bonis et di
uites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum:
recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nr̄os
abrahā et semini eius in secula.
Gloria patri et filio et filio et

Sicut erat in principio et nūc et semper et in secula seculoꝝ Amen. Sancta maria succurre miseris. añt iuua pusillanimes refoue flebiles. ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu. ℣ Dñe exaudi orationem meam ℟ Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spū recta sapere. et de eius semper consolatiōe gaudere. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro

nobis intercedere sentiamus: per
quē meruimus auctorem vite
suscipere dominum nostrum ihe-
sum xpm filium tuum.

Ecclesiam tuam quesumus
domine benignus illustra
ut beati iohannis apostoli tui et
euangeliste illuminata doctrinis
ad dona perueniat sempiterna.
Per dominum nostrum ihesum
xpm filium tuum qui tecum viuit
et regnat in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum
Amen. Benedicamus domino. Deo
gratias.

Ad completorium.



Conuerte nos deus ſalutaris noſter. Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium me
um intende.
Dne ad adiuuandum me fe
Gloria patri et filio Sicut erat.
et spiritui sancto
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum
Amen. A. Sancta dei genitrix. Ps.
Usquequo domine obliui
sceris me in finem usque
quo avertis faciem tuam a me.
Quam diu ponam consilia in
anima mea dolorem in corde
meo per diem.
Usquequo exaltabitur inimi
cus meus: respice et exaudi me
domine deus meus

Illumina oculos meos ne unq̄
obdormiam in morte: nequando
dicat inimicus meus preualui
aduerſus eum.
Qui tribulant me exultabunt
ſi motus fuero: ego autem in
miſericordia tua ſperaui.
Exultauit cor meum in ſaluta
ri tuo cantabo domino qui bona
tribuit michi: et pſalam nomini
domini altiſſimi.
Gloria patri et filio et ſpūi ſcō.
Sicut erat in principio ⁊ nunc
et ſemper et in ſecula ſclorū amē.
Iudica me deus et diſcerne
cauſam meā de gente non
ſancta ab homine iniquo et do

loſo erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repuliſti et quare triſtis incedo dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam et ueritatē tuam: ipſa me deduxerunt et adduxerunt in montem ſanctum tuū: et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cythara deus deus meus quare triſtis es anima mea: et quare conturbas me.

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi ſalutare uultus mei et deus meus.

Gloria patri et filio et ſpūi ſctō.

Sicut erat in principio et nunc
et ſemper et in ſecula ſeculorũ amẽ.
Sepe expugnauerunt me a iu
uentute mea dicat nunc iſ
Sepe expugnauerunt Iſrael
me a iuuentute mea: et enim non
potuerunt michi
Supra dorſum meum fabricaue
runt peccatores prolongauerunt
iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidet ceruí
ces peccatorum: confundantur et
conuertantur retrorſum omnes
qui oderunt ſyon.
Fiant ſicut fenum tectorum q̃d
priuſq̃ euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum

ſuam qui metet et ſinum ſuum
qui manipulos colliget
Et non dixerunt qui preteribãt
benedictio domini ſuper vos bene
diximus vobis in noïe domini.
Gliã patri et filio et ſpũi ſancto.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemper et in ſecula ſeculoꝝ amē.
Domine non eſt exaltatum ℘
cor meum neqꝫ elati ſunt
oculi mei.
Neqꝫ ambulaui in magnis:
neqꝫ in mirabilibꝫ ſuper me.
Si non humiliter ſenciebam
ſed exaltaui animam meam
Sicut ablatatus eſt ſuper ma
tre ſua: ita retributio in aĩa mea.

Speret iſrael in domino ex hoc
nunc et uſqꝫ in ſeculum.
Gloria patri et filio et ſpũi ſctõ.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemper: et in ſecula ſeculorũ A.
Sancta dei genitrix virgo ſemper. Añt.
maria intercede pro nobis ad dominum
deum noſtrum. Hymnus
Virgo dei genitrix quem totus
non capit orbis in tua ſe
clauſit viſcera factus homo.
Vera fides geniti purgauit crimi
na mundi: et tibi virginitas inuio
lata manet
Te matrem pietatis opem te cla
mitat orbis ſubuenias famulis o
benedicta tuis.

Gloria magna patri compar ti
bi gloria nate cum ſancto ſpiritu
in gloria magna patri amē. Cp.
Sicut cynamomum et balſa
mum aromatizans odorem
dedi : quaſi mirra electa dedi ſuaui
tatem odoris. Deo gratias. Vſus.
Ecce ancilla domini. ℟. Fiat michi ſecun
dum verbum tuum. añt. Cum iocun
ditate. Canticū ſym.
Nunc dimittis ſeruum tuum
domine ſecundum verbum
tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei ſaluta
re tuum
Quod paraſti ante faciem om
nium populorum.

Lumen ad revelationē gētium
et gloriam plebis tue israel.
Gloria patri et filio et spūi sctō
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorū amē.
Cum iocunditate memoriam bte ant
marie celebremus ut ipsa pro nobis intercedat
ad dominum deum nostrum. Domine
exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oro.
Ure igne sancti spiritus renes
nostros et cor nostrum dñe
ut tibi casto corpore serviamus: et
mundo corde placeamus. Oratio.
Gratiam tuam quesumus dñe
mentibus nostris infunde:
ut qui angelo nunciante cristi

filij tui incarnationē cognouim⁹
per paſſiōez eius et crucē ad reſur
rectionis gliām perducamur .
Eccleſiam tuam queſumus
domine benignus illuſtra
ut beati iohannis apoſtoli tui et
euangeliſte illuminata doctrinis
ad dona perueniat ſempiterna .
Per dominum noſtrum iheſum
xp̄m filium tuum qui tecum vi
uit et regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus Per omnia ſecula ſe
culorum Amen . Benedicamus do
mino . Deo gratias

Septem pſalmi penitenciales :–



DOmine ne in furo
re tuo arguas me
neqꝫ in ira tua cor
ripias me.

Miſerere mei domine quoniam
infirmus ſum: ſana me domine
quoniam conturbata ſunt om
nia oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde
ſed tu domine vſquequo.
Conuertere domine et eripe aīā
meam: ſaluum me fac propter mi
ſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte
qui memor ſit tui: in inferno aūt
quis confitebitur tibi
Laboraui in gemitu meo laua
bo per ſingulas noctes lacrimis
meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus
meus: inueteraui inter omnes ini

micos meos.
Diſcedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem: quoniam
exaudiuit dominus vocē fletus
Exaudiuit dominus mei.
deprecationem meam: dominus
orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant et conturbentur
vehementer omnes inimici mei:
conuertantur et erubeſcāt valde
Gloria patri et filio velociter.
et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemper et in ſecula ſeculorū amē.
Beati quorum remiſſe ſunt
iniquitates: et quorum
tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputa
uit dominus peccatum nec eſt
in ſpiritu eius dolus
Quoniam tacui inueterauerūt
oſſa mea dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata
eſt ſuper me manus tua: conuer
ſus ſum in erumpna mea dum
confitur ſpina.
Delictum meum cognitum tibi
feci: ⁊ iniuſticiā meam nō abſcōdi.
Dixi confitebor aduerſum me
iniuſticiam meam domino: et
tu remiſiſti īpietatē pcti mei.
Pro hac orabit ad te omnis
ſanctus in tempore oportuno.
Verumptamen in diluuio

aquarum multarum ad eum
non approximabunt
Tu es refugium meum a tribu
latione que circumdedit me exul
tatio mea erue me a circumdantibus
Intellectum tibi dabo me.
et instruam te in via hac qua
gradieris firmabo super te oculos
Nolite fieri sicut equus meos
et mulus: quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas
eorum constringe: qui non appro
ximant ad te.
Multa flagella peccatoris: speran
tem autem in domino misericor
dia circumdabit
Letamini in domino et exulta

te iusti: et gl'iamini oe̅s recti corde.
Gloria patri et filio et spiritui sc̅o.
Sicut erat in principio et nunc
et semper: et in secula seculoru̅ ame̅.
Domine ne in furore tuo ar
guas me neq̧ in ira tua
corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe
sunt michi: et confirmasti super
me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea
a facie ire tue: non est pax ossibus
meis a facie peccatoru̅ meorum.
Quoniam iniquitates mee
supergresse sunt caput meum et
sicut onus graue grauate sunt
super me.

Putruerunt et corrupte ſunt
cicatrices mee: a facie inſipientie
Miſer factus ſum et mee.
curuatus ſum uſqꝫ in finem: tota
die contriſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei imple
ti ſunt illuſionibus: et non eſt
ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum et humiliatus
ſum nimis rugiebam a gemitu
cordis mei.
Domine ante te omne deſideriū
meum: et gemitus meus ad te nō
eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt
in me dereliquit me virtus mea:
et lumen oculorum meorum et

ipſum non eſt mecum.
Amici mei et proximi mei:
aduerſum me appropinquaue
runt et ſteterunt.
Et qui iuxta me erant de lon
ge ſteterunt: et vim faciebant
qui querebant aīam meam.
Et qui inquirebant mala
michi locuti ſunt vanitates: et
dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̄ ſurdus nō
audiebam: et ſicut mutus non
aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo
non audiens: et non habens i
ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te domine ſpera

in: tu exaudies me domine deꝰ meꝰ
Quia dixi nequando ſupergau
deant michi inimici mei: et dū
commouentur pedes mei ſuper
me magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella para
tus ſum: et dolor meus in conſpe
ctu meo ſemper.
Qm̄ iniquitatem meam annū
ciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt: et
confirmati ſunt ſuper me: et mul
tiplicati ſunt qui oderūt me iniq̄.
Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant michi: quoniam ſe
quebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deꝰ

meus ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutorium meū
domine deus ſalutis mee.
Gloria patri et filio et ſpūi ſc̄o.
Sicut erat in principio ⁊ nūc
et ſemper: et in ſecula ſeculoꝝ. A.
Miſerere mei deus ſecundum
magnam miām tuam.
Et ſecundum multitudinem
miſerationum tuarum dele ini
quitatem meam.
Amplius laua me domine ab
iniquitate mea: et a peccato meo
munda me.
Quoniam iniquitatem meaȝ
ego cognoſco: et peccatum meum
contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui et malum
coram te feci vt iuſtificeris in ſer
monibus tuis ⁊ vincas cũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus con
ceptus ſum et in peccatis concepit me
mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti incer
ta et occulta ſapientie tue manife
ſtaſti michi.
Aſperges me domine yſopo et
mundabor: lauabis me et ſuper
niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium
et leticiam et exultabunt oſſa hu
Auerte faciẽ tuam miliata.
a peccatis meis: et omnes iniqui
tates meas dele.

Cor mundum crea in me deus
et ſpiritum rectum innoua in
viſceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et
ſpiritum ſanctum tuum ne au-
feras a me.
Redde michi leticiam ſaluta-
ris tui: et ſpiritu principali con-
firma me.
Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus deus
deus ſalutis mee et exultabit lin-
gua mea iuſticiam tuam.
Domine labia mea aperies: et
os meum annunciabit laudem
Quoniam ſi voluiſſes tuam

ſacrificium dediſſem vtiqꝫ holo
cauſtis non delectaberis.
Sacrificium deo ſpūs contribu
latus cor contritum et humilia
tum deus non deſpicies.
Benigne fac domine in bona
voluntate tua ſyon: vt edificen
tur muri iheruſalem
Tunc acceptabis ſacrificium
iuſticie: oblationes et holocauſta
tūc imponēt ſup altare tuū vitulos
Gloria patri et filio et ſpūi ſancto.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum Amen.
Domine exaudi orationem
meam: et clamor meus
ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a
me: in quacumqz die tribulor
inclina ad me aurem tuam.
In quacumqz die inuocauero
te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumus
dies mei: et oſſa mea ſicut cre
mium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fenum et
aruit cor meum: quia oblitus
ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adheſit os
meum carni mee.
Similis factus ſum pellicano
ſolitudinis: factus ſum ſicut ni
cticorax in domicilio.
Vigilaui et factus ſum ſicut

paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi
inimici mei: et qui laudabant
me aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanq̄ panem
manducabam: et potum meuz
cum fletu miſcebam.
A facie ire indignationis tue
quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut umbra declina
uerunt: & ego ſicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum
permanes: et memoriale tuum
in generatione et generationez.
Tu exurgens domine miſere
beris ſyon: quia tempus miſe
rendi eius quia uenit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius: et terre eius mi
Et timebunt gen Et serebunt tes nomen tuum domine: et oēs reges terre gloriam tuam.
Quia edificavit dominus syon: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: et non sprevit precem eorū.
Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo dominus de celo in terram
Ut audiret gemitus Ea spexit compeditorum: ut solveret filios interemptorum.

Ut annunciet in ſyon nomē
domini: et laudē eius in iheruſalē.
In conueniendo populos in
vnum: et reges ut ſeruiant dnō.
Reſpondit ei in via virtutis
ſue: paucitatem dierum meorū
nuncia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierū
meorum: in generatione et gene
rationem anni tui.
Inicio tu domine terram funda
ſti: et opera manuum tuarum
ſunt celi.
Ipĩ peribunt tu autem perma
nes: et omnes ſicut veſtimentum
veteraſcent.
Et ſicut opertorium mutabis eos

et mutabuntur tu autē idē ipſe es
et anni tui non deficient.
Filij ſeruorum tuorum habita
bunt et ſemen eorum in ſeculum
Gloria patri et filio, Dirigetur.
et ſpiritui ſancto:
Sicut erat in principio et nūc
et ſemper: et in ſecula ſeculorū amē.
De profundis clamaui ad te
domine domine exaudi vo
cem meam.
Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris do
mine domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propiciatio eſt
et propter legem tuam ſuſtinui

te domine.
Suſtinuit anima mea in ver
bo eius ſperauit anima mea ī dn̄o
A cuſtodia matutina uſq; ad no
ctem ſperet iſral in domino.
Quia apud dominum mīa: et
copioſa apud eum redemptio
Et ipſe redimet iſrael ex omnibus
iniquitatibus eius.
Glia patri et filio et ſpūi ſancto.
Sicut erat in principio et nunc
et ſemper: et in ſecula ſeculorū amē.
Domine exaudi orationem
meā: auribus percipe obſe
crationem meam: in veritate tua
exaudi me in tua iuſticia.
Et nō itres ī iudiciū cum ſeruo

tuo: quia iuſtificabitur in conſpe-
ctu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpũs meus in me turbatũ eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorũ meditatus ſum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam a
me: et ſimilis ero deſcendentibus
in lacum.
Auditam fac michi mane
miam tuam quia in te ſperaui.
Notam fac michi viam in
qua ambulem quia ad te leua
ui animam meam.
Eripe me de inimicis meis do
mine ad te confugi doce me face
re voluntatem tuam quia deus
meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam: propter
nomen tuum domine viuifica
bis me in equitate tua.
Educes de tribulatione aiam

meam quoniam ego ſeruꝰ tuus ſū.
Gloria patri et filio et ſpūi ſcō.
Sicut erat in principio et nunc
⁊ ſemper et in ſecula ſeculorū amē.
Ne reminiſcaris domine delicta antiphō.
noſtra vel parentum noſtrorum neqꝫ vin
dictam ſumas de peccatis noſtris parce
domine parce populo tuo quem rede
miſti precioſo ſanguine tuo ne ineter
num iraſcaris nobis. Letania :–
Kyrie leyſon. Xpē eleyſon.
Kyrie leyſon. Xpriſte
audi nos.
Pater de celis deus. Miſerere nob
Fili redemptor mundi deus
Miſerere nobis
Spūs ſancte deus. Miſerere

nobis.
Sancta trinitas vnus deus
miserere nobis
Sancta maria. Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. Or.
Sancta virgo virginū. Or.
Sancte michael Or.
Sancte gabriel. Or.
Sancte raphael Or.
Omnes sancti angeli et archā
geli dei. Orate pro nobis
Omnes sancti beatorum spiri
tuum ordines. Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptista. Or.
Omnes sancti patriarche et pro
phete dei. Orate pro nobis
Sancte petre. Or.

Sancte paule. or.
Sancte andrea. or.
Sancte iacobe. or.
Sancte iohannes or.
Sancte philippe. or.
Sancte bartholomee. or.
Sancte thoma. or.
Sancte mathee or.
Sancte iacobe or.
Sancte ſimon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia. or.
Sancte barnaba. or.
Sancte luca. or.
Sancte marcialis or.
Omnes ſancti apoſtoli et euā
geliſte dei. orate.

Omnes sancti discipli dñi. orate.
Omnes scī innocentes. orate.
Sancte stephane. ora.
Sancte clemēs. or.
Sancte corneli. or.
Sancte fabiane. or.
Sancte sebastiane. or.
Sancte laurenti. or.
Sancte vincenti. or.
Sancte thoma. or.
Sancte geruasi. or.
Sancte prothasi. or.
Sancte dyonisi cum socijs tuis
Ora pro nobis.
Sancte maurici cum socijs
tuis. or.
Sancte eustachi cū socijs t. or.

Sancte georgi. or.
Sancte eutropi. or.
Sancte quintinę. or.
Omnes ſancti martires. orate.
Sancte gregori. or.
Sancte karole. or.
Sancte ambroſi. or.
Sancte auguſtine. or.
Sancte iheronime. or.
Sancte marcelle. or.
Sancte nicolae. or.
Sancte remigi. or.
Sancte eligi. or.
Sancte iuliane. or.
Sancte benedicte. or.
Sancte maure. or.
Sancte leobine. or.

Sancte ſulpici. or.
Sancte leonarde. or.
Omnes ſcti confeſſores orate.
Sancta anna. or.
Sancta maria magdā. or.
Sancta agatha. or.
Sancta agnes. or.
Sancta lucia. or.
Sancta cecilia. or.
Sancta katherina. or.
Sancta barbara. or.
Sancta genouefa. or.
Sancta fides. or.
Sancta caritas. or.
Omnes ſancte virgīes. orate.
Omnes ſci et ſancte dei. orate
Propicius eſto. parce nobꝰ dñe.

Ab omni malo. libera nos dñe.
Ab insidiis diaboli. Libera nos domine.
A dãnatione perpetua. Libera nos domine.
A spiritu fornicationis. Libera.
Ab appetitu inanis glorie. Lib.
Ab ira et odio et omni mala voluntate. Libera nos domine.
A cecitate cordis. Libera nos dñe.
A fulgura et tempestate. Libera.
A subitanea et improuisa morte. Libera nos domine.
Per misterium sancte incarnationis tue. Libera nos domine.
Per aduentum tuum. Libera.
Per natiuitatem tuam. Libera.

Per paſſionem et crucem tuam
Libera nos domine.
Per glorioſam reſurrectionem
tuam. Libera nos domine.
Per amirabilem aſcenſionem
tuam. Libera nos domine.
Per gratiam ſancti ſpiritus
paracliti. Libera nos domine.
In hora mortis. ſuccurre nobis
domine
In die iudicij. Libera nos dñe.
Peccatores. Te rogamus au
di nos
Ut pacem et concordiam nobis
dones. Te rogamus audi nos.
Ut miſericordia et pietas tua
nos cuſtodiat. Te rogamus au. n.

Ut eccleſiam tuam regere et defenſare digneris. Te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus defūctis requiem eternam dones. Te.
Ut omnia peccata nobis dimittas. Te rogamus audi nos
Ut nos exaudire digneris. Te.
Fily dei. iii. Te rogamus audi.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. dona nobis pacem.

kyrieleyson. Xpe eleyson. Kyrie eleyson.
Pater nr. Et ne. Sed libera. A porta infer
erue domine animas eorum. Oremus pro
cunctis fidelibus defunctis. Requiem eter
nam dona eis domine et lux perpetua lu
ceat eis. Requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus cui proprium est mi
sereri semper et parcere su
scipe deprecationem nostram: ut
quos delictorum cathena constrin
git miseratio tue pietatis absol
Inclina domine au uat
rem tuam ad preces nras
quibus misericordiam tuam sup
pliciter deprecamur: ut animam

famuli tui et animas omnium
fidelium defunctorum quas de hoc
ſeculo migrare iuſſiſti: in pacis
ac lucis regione conſtituas et ſā
ctorum tuorum iubeas eſſe cōſortes.
Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor animabꝫ
famulorum famularum qꝫ tuarū
remiſſionem cunctorum tribue pec
catorum: ut indulgentiam quaꝫ
ſemper optauerunt pijs ſupplica
tionibus conſequantur. Qui
viuis et regnas deus. Per omnia
ſecula ſeculorum. Amen. Bene
dicamus domino. Deo gratias.

Vigilie defunctorū.

et animam meam nunc et in ho
ra mortis mee et ſemper largiri
digneris. viuus miſericordiam et
grãm. defunctis veniam et requiē
eccleſie tue pacem et concordiam
et nobis peccatoribus vitam et
gloriam ſempiternam. Qui
viuis et regnas deus per omniā
ſecula ſeculorum Amen. Benedi
camus domino. Deo gratias.
Deus in adiutoriũ meũ intende
Hora prima ductus est ihũs
ad pilatum. Falſis teſtimo
niis multum accuſatum. In co
lo percutiunt manibus ligatum.
Vultum dei conſpuunt lumen
celi gratum. Adoramus te xp̃e et bene

dicamus tibi quia per ſanctam crucem
tuam redemiſti mundum. ℣. Qui paſſ
es pro nobis. Domine miſerere nobis.

Domine ihesu xp̄e fili dei oro.
vivi pone paſſionem cru
cem et mortem tuam inter iudi
cium tuum et animam meam
nunc et in hora mortis mee et ſẽ
per largiri digneris. vivis mīam
et gratiã defunctis requiẽ & veniã
eccleſie tue pacem et concordiam
et nobis peccatoribus vitam et
gloriam ſempiternam. Qui
vivis et regnas deus. per. Ad tciã.

Deus in adiutoriũ meũ itende
Domine ad adiuvandum
me feſtina.

Crucifige clamitant hora
terciarum. Illuſus induit.
veſte purpurarum. Caput eius
pungitur corona ſpinarum. Cru
cem portat humeris ad locum
penarum. ℣. Adoramus te xpē et bene
dicimus tibi quia per ſanctam crucē
tuam redemiſti mundum. ℟. Qui paſſ
es pro nobis. Domine miſerere nobis.

Domine iheſu xpē fili dei vi
ui pone paſſionem crucē
et mortem tuam inter iudiciū
tuum et animam meam nunc
et in hora mortis mee et ſemper
largiri digneris. viuis miā et
grām defunctis requiē et veniam
eccleſie tue pacem et concordiam

et nobis peccatoribus vitam et
gl(or)iam sempiternam. Qui vivis
et regnas deus per. Ad sextam.
Deus in adiutorium meum intende
Domine ad adiuvandum me.
Hora sexta ihesus est cruci con
clavatus. Et est cum latro
nibus pendens deputatus. Pre tor
mentis sitiens felle saturatus. A
gnus crimen diluit sic ludificat(us)
Adoramus te xpe et benedicimus tibi q(ui)a
per sanctam crucem tuam redemisti
mundum. Qui passus es pro nobis
Domine miserere nobis. Oratio.
Domine ihesu xpe fili dei vivi
pone passionem crucem et
mortem tuam inter iudicium

tuum et animam meam nunc et
in hora mortis mee. et semper lar
giri digneris: viuis misericordiā
et gratiam defunctis veniam et
requiem ecclesie tue pacem et con
cordiam et nobis peccatoribus
vitam et gl'iam sempiternam
Qui viuis et regnas deus per oīa
secula seculorum. Amen. Ad nonā.
Deus in adiutorium meum.
Hora nona dn̄s iesus ex
pirauit. Hely clamans
aīam patri cōmendauit. Latus
eius lancea miles perforauit.
Terra tunc contremuit et sol
obscurauit. ā. Adoramus te christe
et benedicimus tibi quia per sanctam

crucem tuam redemiſti mundum. ℣. Qui
paſſus es pro nobis ℟. Domine miſerere
nobis. Oro. Oremus. de paſſione.
Domine ieſu xp̄e fili dei viui
pone paſſionem crucem et
mortem tuam inter iudicium
tuum et animam meam nunc
et in hora mortis mee et ſemper
largiri digneris viuis miſericor-
diam et grām defunctis requiem
et veniam eccleſie tue pacem et con
cordiam et nobis peccatoribus vi
tam et gliam ſempiternam. Qui
viuis et regnas deus. Per om̄ia
ſecula ſeculorum Amen. Benedi
camus domino. Deo gratias. Ad veſ.
Deus in adiutorium meum

De cruce deponitur hora vesper
tina. Fortitudo latuit in
mente diuina. Talem mortem
subiit vite medicina. Heu corona
glorie iacuit supina. ã Adoramus
te xpe et benedicimus tibi quia per sãctã
crucem tuam redemisti mundum. ℣.
Qui passus es pro nobis. ℟. Domine
miserere nobis. Oratio de passione.

Domine iesu xpe fili dei viui
pone passionem crucem et
mortem tuam inter iudicium
tuum et aĩam meam nunc et ĩ
hora mortis mee et semper largiri
digneris viuis misericordiam
et grãm defunctis veniã et requiẽ
ecclesie tue pacem et concordiam

et nobis peccatoribus vitam et
gliam ſempiternam. Qui vivis
et regnas deus. Ad cõpletorium
Converte nos deus ſalutaris nr̃
Et averte iram tuã a nobis
Deus in adiutorium meũ intẽde.
Hora completorii datur ſepul
ture. Corpus xp̃i nobile ſpes vite
future. Conditur aromate com
plentur ſcripture. Jugi ſit memo
ria mors hec michi cure. Cõmẽda?
Has horas canonicas cum de
votione. Tibi criste recolo
pia ratione. Ut qui pro me paſ
ſus es amoris ardore. Sis michi
ſolatium in mortis agone. Ado
ramus te criste et benedicamus tibi quia

per ſanctam crucem tuā redemiſti mundum.
℣. Qui paſſus es pro nobis. Domine miſe
rere nobis. Oremus. Oratio

Domine ieſu criſte fili dei
viui pone paſſionem cru
cem et mortem tuam inter iu
dicium tuum et animam meā
nunc et in hora mortis mee et ſe
per largiri digneris. viuis miam
et gratiam: defunctis requiem et ve
niam eccleſie tue pacē et veram cō
cordiam et nobis peccatoribus
vitam et gloriam ſempiternam
Qui viuis et regnas deus Per oīa
ſecula ſeculorum. Amen. Benedi
camus domino. Deo gratias.

Ad matutinas de ſancto ſpiritu.



Domine labia me
a aperies. Et os
meum annuncia
abit laudem tuã.

Deus in adiutorium meū
intende. Domine ad adiu
uandum me feſtina. Glori
a patri et filio et ſpiritui ſcto.
Sicut erat in principio et
nunc et ſemper et in ſecula ſe
culorum. amen. Alleluya. Hy9
Nobis ſancti ſpiri
tus gratia ſit data.
De qua virgo vir
ginum fuit obumbrata. Cū
per ſanctum angelum fuit
ſalutata. Verbum caro fac
tum eſt virgo fecundata. añ.
Veni ſancte ſpiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. ℟. Emitte ſpi

ntum tuū et creabuntur. Et
renouabis faciem terre. Domi
ne exaudi orōnem meā. Et cla
mor meus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
deus da nobis illam
ſancti ſpiritus gratiam quā
diſcipulis tuis in die ſancto
pentecoſtes tranſmiſiſti.
Per dnm̄. Ad primam.

Deus in adiutorium.

De virgine maria chriſt⁹
fuit natus. Crucifi
xus mortuus atq3 tumulatus
Reſurgens diſcipulis fuit de
monſtratus. Et ipſis cernen
tibus celis eleuatus. A̅. Dum

ſancte. Oro. Omnipotens. Ad
Deus in adiutorium. terciã.
Suum ſanctum ſpiri
tum deus delegauit.
In die penthecoſtes ſuos con
fortauit. Et de linguis igne
is ipſos inflammauit. Relin
quere orphanos eos denegauit.
Ueni ſancte. Oro. Om
nipotens. Ad ſextam.
Deus in adiutoriũ meum.
Septiformem graciam
tunc acceptauerunt.
Quare ydiomata cuncta co
gnouerunt. Ad diuerſa cli
mata mundi receſſerunt. Et
fidem catholicam tunc predi

cauerunt. an. Veni sancte.

Omnipotens sempiterne.

Deus in adiutoriu͂. Ad ix.

Spiritus paraclitus fuit

appellatus. Donum

dei caritas fons viuificatus.

Spiritalis vnctio ignis in

flammatus. Septiformis

gratia carisma vocatus. an.

Veni sancte. Oro. Omni

potens sempiterne. Ad ves.

Deus in adiutorium me

um intende. Domine ad.

Dextre dei di hymnus.

gitus virtus spirita

lis. Nos defendat eruat ab

omnibus malis. Vt nobis

non noceat demon infernalis.
Sed protegat foveat nutriat
ſub alis. an. Veni ſancte. Oro.
Omnipotens ſempiterne.
Ad completorium.
Converte nos deus ſa
lutaris noſter. Et
averte iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium me
um. Gloria patri. Sicut.
Spiritus pa. hymnus.
Traditus nos velit iu
vare. Greſſus noſtros regere
et illuminare. Ut cum deus
venerit omnes iudicare. Nos
velit ad dexteram ſuam ap
pellare. Recommendatio.

Has horas canonicas cum deuotione. Tibi ſancte ſpiritus pia ratione. Dixi vt nos viſites inſpiratione. Vt viuamꝰ iugiter celi regione. ℟. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Emitte. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quã diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Per dominum. Vigilie defunctorũ.

a lachrimis: pedes meos a lap
su. Placebo domino in regi
one vivorum. Requiem
eternam dona eis domine et
lux perpetua luceat eis. añ.
placebo domino in regione vivo
rum. ℣. Heu me. psalmus.
Ad dominum cũ tribu
larer clamavi et exau
divit me. Domine libera
animam meam a labiis ini
quis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad linguã
dolosam. Sagitte potentis
acute cum carbonibus deso
latoris. Heu michi quia

incolatus meus prolōgatus est
habitaui cum habitantibus ce
dar multum incola fuit aīa
mea. Cum his qui oderunt
pacem eram pacificus cum lo
quebar illis impugnabant
me gratis. Requiem. aā.
Heu me quia incolatus meus prolō
gatus est. aā. Dominus. Ps.
Leuaui oculos meos in
montes unde ueniet au
xilium michi. Auxilium
meum a domino qui fecit celū
et terram. Non det in commo
tionem pedem tuum neq3 dor
mitet qui custodit te. Ecce
non dormitabit neq3 dormiet

qui custodit israel.
Dominus custodit te dn̄s pro
tectio tua super manū dexterā tuā.
Per diem sol non vret te neqꝫ
luna per noctem.
Dominus custodit te ab omī
malo custodiat aīam tuā dn̄s.
Dominus custodiat introitū
tuum et exitum tuum ex hoc nūc
et vsqꝫ in seculum.
Requiem. añt. Dominus custo
dit te ab omni malo custodiat animā
tuam dn̄s. ā. Si iniquitates. Psalm
De profundis clamaui ad
te domine domine exau
di vocem meam.
Fiant aures tue intendentes

in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris
domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propiciatio eſt
et propter legem tuam ſuſtinui
te domine.
Suſtinuit anima mea in ver
bo eius ſperauit anima mea in
domino.
A cuſtodia matutina vſqꝫ ad no
ctem ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum mı̄a et
copioſa apud eum redempcio.
Et ipſe redimet iſrael ex omni
bus iniquitatibus eius.
Requiem. an̄. Si iniquitates
obſeruaueris domine domine quis

ſuſtinebit. ã. Opera. Pſalmus.
Confitebor tibi domine in
toto corde meo quoniam
audiſti verba oris mei.
In conſpectu angelorũ pſal
lam tibi adorabo ad templum ſcã
ctum tuum et confitebor nomi
ni tuo.
Super miſericordia tua et ve
ritate tua quoniam magnifica
ſti ſuper omne nomẽ ſanctũ tuũ.
In quacunqȝ die invocavero
te exaudi me multiplicabis in a
nima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine
omnes reges terre quia audierũt
omnia verba oris tui.

Ut cantent in vijs domini qm̄
magna est gloria domini.
Quoniam excelsus dominus
et humilia respicit et alta a lon
ge cognoscit.
Si ambulauero in medio tri
bulationis viuificabis me et su
per iram inimicorum meorũ exten
disti manum tuam et saluũ me
fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me do
mine misericordia tua in seculũ
opera manuum tuarũ ne despi
cias. Requiem. Aña. Opera ma
nuum tuarum domine ne despicias
Aña. Ecce lazarum. ps.
Magnificat anima mea

dominum.
Et exultauit ſpiritus meus in
deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem
ancille ſue ecce enim ex hoc beatā
me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui
potens eſt et ſanctū nomen eius.
Et miſericordia eius a progeni
e in progenies timentibus eum.
Fecit potenciam in brachio ſuo
diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede et ex
altauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis et
diuites dimiſit inanes.
Suſcepit iſrael puerum ſuū

recordatus miſericordie ſue.
Sicut locutus eſt ad patres no
ſtros abraham et ſemini eius in
ſecula.
Requiem. A̅. Qui lazarum
reſuſcitaſti a monumento fetidū tu
eis domine dona requiem et locum
indulgencie. Pater noſter. Et ne
nos. Sed libera. ℣. In memoria eter
na erunt iuſti. ℟. Ab auditione ma
la non timebunt. ℣. A porta inferi.
℟. Erue domine animas eorum. ℣.
Credo videre bona domini. ℟. In ter
ra viuencium. Pſalmus.
Lauda anima mea domi
num laudabo dominū
in vita mea pſallam deo meo q̄

diu fuero.
Nolite conſidere in principibꝫ
nec in filijs hominum in quibꝫ
non eſt ſalus.
Exibit ſpiritus eius et reuer
tetur in terram ſuam in illa die
peribunt omnes cogitationes
eorum.
Beatus cuius deus iacob ad
iutor eius ſpes eius in domino deo
ipſius qui fecit celum et terrã mare
et omnia que in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſecu
lum facit iudicium iniuriam
pacientibus dat eſcam eſurien
tibus.
Dominus ſoluit compeditos

dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elysos domi
nus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas pu
pillum et viduam suscipiet et vi
as peccatorum disperdet.
Regnabit dominus in secula
deus tuus syon in generatione et
generationem.
Requiem. ℣ Requiescant in
pace. Amen. ℣ Domine exaudi. ℟
Et clamor meus. Oremus. Oratio.
Inclina domine aurem
tuam ad preces nostras
quibus misericordiam tuā sup
plices deprecamur ut animas fa
mulorum famularumqꝫ tuarū

quas de hoc ſeculo migrare iuſſi
ſti in pacis ac lucis regione con
ſtituas et ſanctorum tuorū iu
beas eſſe conſortes. Alia oratio.

Deus venie largitor et hu
mane ſalutis amator
queſumus clemenciam tuam
ut noſtre congregationis fratres
ſorores propinquos et benefactores
noſtros qui ex hoc ſeculo tranſierūt
beata maria ſemper virgine inter
cedente cum omnibus ſanctis tuis
ad perpetue beatitudinis conſorci
um peruenire concedas. Alia orō.

Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor anima
bus famulorū famularumqꝫ

tuarum remiſſionem cunctorū
tribue peccatorum vt indulgen
ciam quam ſemper optauerūt
pys ſupplicationibus conſequa
tur. Qui viuis et regnas deus
per omnia ſecula ſeculorū Amē.
V. Requieſcant in pace. Amē.
añ. Dirige. pſalmus dauid.
Verba mea auribus per
cipe domine intellige
clamorem meum.
Intende voci orationis mee
rex meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo domi
ne mane exaudies vocē meam.
Mane aſtabo tibi et videbo
quoniam non deus volens ini

quitatem tu es.
Neqz habitabit iuxta te mali
gnus neqz permanebunt iniu
ſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operantur
iniquitatem perdes omnes qui
loquuntur mendacium.
Virum ſanguinũ et doloſũ
abhominabitur dominus ego au
tem in multitudine mĩe tue.
Introibo in domũ tuam ado
rabo ad templum ſanctũ tuum
in timore tuo.
Domine deduc me in iuſticia
tua propter inimicos meos: di
rige in conſpectu tuo viã meã.
Quoniam non eſt in ore eorũ

veritas cor eorum vanum eſt.
Sepulchrum patens eſt guttur
eorum linguis ſuis doloſe agebant
iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus ſuis
ſecundum multitudinẽ impietatũ
eorum expelle eos quoniam irrita
uerunt te domine.
Et letentur omnes qui ſperãt
in te ineternũ exultabunt et habi
tabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum qm̃
tu benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bone volun
tatis tue coronaſti nos.
Requiem. añt Dirige domine

deus meus in conſpectu tuo viam me
am. A̅. Conuertere.

Domine ne in furore tuo
arguas me neqꝫ in ira
tua corripias me.

Miſerere mei domine qm̄ infir
mus ſum ſana me domine qm̄ cō
turbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt val
de ſed tu domine vſqꝫ quo.

Conuertere domine et eripe a
nimam meam ſaluum me fac
propter miſericordiam tuam.

Qm̄ non eſt in morte qui me
mor ſit tui in inferno autē quis
confitebitur tibi

Laboraui in gemitu meo la

uabo per ſingulas noctes lectum
meum lacrimis meis ſtratum
meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus
meus inueteraui inter omnes
inimicos meos.
Diſcedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem quoniam
exaudiuit dominus vocem fletus
mei. Exaudiuit dominus depre
cationem meam dominus ora
tionem meam ſuſcepit.
Erubeſcant et conturbentur
vehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubeſ cant val
de velociter.
Requiem. Ant. Conuertere domi

ne et eripe animam meam qm̃ non
eſt in morte qui memor ſit tui.
añt. Nequando. Pſalmus. vii.
Domine deus meus in te
ſperaui ſaluum me fac
ex omnibus perſequentibus me
et libera me.
Nequando rapiat vt leo animã
meam dum non eſt qui redimat
neq; qui ſaluum faciat.
Domine deus meus ſi feci iſtud
ſi eſt iniquitas in manibus me
is. Si reddidi retribuentibus
michi mala decidam merito ab
inimicis meis manis.
Perſequatur inimicus aĩam
meam et comprehendat et concul

cet in terra vitam meam et glori
am meam in puluerem deducat.
Exurge domine in ira tua et
exaltare in finibus inimicorum
meorum.
Et exurge domine deus meus
in precepto quod mandaſti et ſyna
goga populorum circumdabit te.
Et propter hanc in altū regre
dere dominus iudicat populos.
Iudica me domine ſecundū
iuſticiam meam et ſecundū inno
cenciam meam ſuper me.
Conſumetur nequicia peccato
rum et diriges iuſtum ſcrutans cor
da et renes deus.
Iuſtum adiutoriū meū a dn̄o

qui ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis et pati
ens nunquid iraſcitur per ſingu
los dies.
Niſi conuerſi fueritis gladium
ſuum vibrauit arcum ſuum teten
dit et parauit illum.
Et in eo parauit vaſa mortis
ſagittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniuſticiam con
cepit dolorem et peperit iniquitatē.
Lacum aperuit et effodit eum
et incidit in foueam quā fecit.
Conuertetur dolor eius in ca
put eius et in verticem ipſius ini
quitas eius deſcendet.
Confitebor domino ſecundum

iuſticiam eius et pſallam nomi
ni domini altiſſimi.
Requiem. ã. Nequando ra
piat vt leo animam meam dum
non eſt qui redimat neqz qui ſal
uum faciat. ℣. A porta inferi. ℟.
Erue domine animas eorum. Pa
ter noſter. Et ne nos. Sed libera. P. s.
Parce michi domine ni
chil enim ſunt dies me
i. Quid eſt homo quia magnifi
cas eum aut quid apponis erga
eum cor tuum? Viſitas eum di
luculo et ſubito probas illum. Vs
qz quo non parcis michi nec dimit
tis me vt glutiam ſaliuam meã?
Peccaui. Quid faciam tibi o cu

ſtos hominum. Quare poſuiſti
me contrarium tibi et factus ſu
michimet ipſi grauis: Cur non
tollis peccatum meum: et quare
non auffers iniquitatem meã.
Ecce nunc in puluere dormio et
ſi mane me queſieris non ſub
ſiſtam. ℟. Qui lazarum reſuſcita
ſti a monumento fetidũ. Tu eis domi
ne dona requiem et locum indulgencie.
℣. Qui uenturus es iudicare viuos et
mortuos et ſeculum per ignem. Tu
eis domine. Lectio ſecunda. Job.
Tedet animam meam vi
te mee dimittam aduer
ſum me eloquium meũ. Loquar
in amaritudine anime mee di

cam deo. noli me condemnare in
dica michi cur me ita iudices. Nu
quid bonum tibi videtur ſi calū
nieris et opprimas me opus ma
nuum tuarum et conſilium im
piorum adiuues. Numquid oculi
carnei tibi ſunt aut ſicut videt
homo et tu videbis. Numquid ſicut
dies hominis dies tui et anni tui
ſicut humana ſunt tempora:
Ut queras iniquitatem meam et
peccatum meū ſcruteris. Et ſcias
quia nichil impium fecerim cū
ſit nemo qui de manu tua poſſit
eruere. ℟. Credo ꝙ redemptor meus vi
uit et in nouiſſimo die de terra ſurrectu
rus ſum. Et in carne mea videbo deum

ſaluatorem meum. ℣. Quem viſu
rus ſum ego ipſe et non alius et oculi
mei conſpecturi ſunt. Et in carne ℟. ℣.
Manus tue domine fecerunt
me et plaſmauerunt me
totum in circuitu. Et ſic repente pre
cipitas me. memento queſo quod ſicut
lutum feceris me: et in puluerem
reduces me. Nonne ſicut lac mulſi
ſti me et ſicut caſeum me coagula
ſti. Pelle et carnibus veſtiſti me. oſ
ſibus et neruis compegiſti me vi
tam et miſericordiam tribuiſti mi
chi et viſitacio tua cuſtodiuit ſpiritum
meum. ℟. Heu michi domine qui
a peccaui nimis in vita mea. Quid fa
ciam miſer vbi fugiam niſi ad te deus

meus miſerere mei. Dum veneris in
nouiſſimo die. ℣. Anima mea tur
bata eſt valde ſed tu domine ſuccurre
ei. Dum veneris. ã. In loco. pſalm⁹

Dominus regit me et nichil
michi deerit in loco paſcu
e ibi me collocauit.

Super aquam refectionis edu
cauit me aĩam meam cõuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſti
cie propter nomen ſuum.

Nam et ſi ambulauero in me
dio vmbre mortis non timebo ma
la quoniam tu mecum es.

Virga tua et baculus tuus ipſa
me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo men

ſam aduerſus eos qui tribulant
me. Impinguaſti in oleo ca
put meum et calix meus inebrias
q̄ preclarus eſt.
Et miſericordia tua ſubſeque
tur me omnibus diebus vite mee.
Et ut inhabitem in domo dñi
in longitudinem dierum.
Requiem. ã. In loco paſcue ibi
me collocauit. ã. Delicta. Pſalmꝰ
Ad te domine leuaui ani
mam meam deus meus
in te confido non erubeſcam.
Neq; irrideant me inimici
mei etenim vniuerſi qui ſuſtinēt
te non confundentur.
Confundantur omnes ini

qua agentes ſuperuacue.
Vias tuas domine demonſtra
michi et ſemittas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et do
ce me quia tu es deus ſaluator meꝰ
et te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationum
tuarum domine et miſericordia
rum tuarum que a ſeculo ſunt.
Delicta iuuentutis mee et igno
rancias meas ne memineris.
Secundum miſericordiã tuã
memento mei tu propter bonita
tem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus pro
pter hoc legem dabit delinquenti
bus in via.

Diriget manſuetos in iudicio
docebit mites vias ſuas.
Vniuerſe vie domini miſeri
cordia et veritas requirentibus te
ſtamentum eius et teſtimonia
eius.
Propter nomen tuum dñe
propiciaberis peccato meo mul
tum eſt enim.
Quis eſt homo qui timet do
minum legem ſtatuit ei in via
quam elegit.
Anima eius in bonis demo
rabitur et ſemen eius hereditabit
terram.
Firmamentum eſt dominus
timentibus eum et teſtamentũ

ipſius vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad dominũ
quoniam ipſe euellet de laqueo pe
des meos.
Reſpice in me et miſerere mei
quia vnicus et pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei
multiplicate ſunt de neceſſitati
bus meis erue me.
Vide humilitatem meam et labo
rem meum et dimitte vniuerſa de
licta mea.
Reſpice inimicos meos quoniã
multiplicati ſunt et odio iniquo o
derunt me.
Cuſtodi animam meam et eru
e me non erubeſcam quoniam ſpe

rauí in te.

Innocentes et recti adheſerunt michi quia ſuſtinui te.

Libera deus iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.

Requiem. an. Delicta iuuentutis mee et ignorancias meas ne memineris domine. an. Credo videre. pſal.

Dominus illuminatio mea et ſalus mea quem timebo.

Dominus protector vite mee a quo trepidabo.

Dum appropiant ſuper me nocentes vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei ipſi infirmati ſunt et ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me ca
ſtra non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me pre
lium in hoc ego ſperabo.
Unam petij a domino hanc requi
ram vt inhabitem in domo domini
omnibus diebus vite mee.
Et videam voluntatem domini
et viſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in ta
bernaculo ſuo in die malorũ pro
texit me in abſcondito tabernacu
li ſui.
In petra exaltauit me et nunc
exaltauit caput meum ſuper ini
micos meos.
Circuiui et immolaui in taber

naculo eius hostiam vociferationis
cantabo et psalmum dicam dn̄o.
Exaudi domine vocem meam
qua clamaui ad te miserere mei
et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisi
uit te facies mea faciem tuam do
mine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me
ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto domine ne
derelinquas me neq; despicias me
deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et ma
ter mea dereliquerunt me dominꝰ
autem assumpsit me.
Legem pone michi domine in

via tua et dirige me in ſemitta re-
cta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas
tribulancium me quoniam in
ſurrexerunt in me teſtes iniqui
et mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini in
terra viuencium.
Expecta dominum viriliter
age et confortetur cor tuum et ſu
ſtine dominum.
Requiem. A. Credo videre bona
domini in terra viuencium. V. In me
moria eterna erunt iuſti. R. Ab audi
tione mala non timebunt. Pater
noſter. Et ne nos. Sed libera nos
a malo. Lectio. iiij :-

Quantas habeo iniquitates
et peccata ſcelera mea at
qꝫ delicta oſtende michi. Cur faci
em tuam abſcondis et arbitraris
me inimicum tuum: Contra
folium quod vento rapitur oſten
dis potenciam tuam et ſtipulam
ſiccam perſequeris. Scribis enim
contra me amaritudines: et con
ſumere me vis peccatis adoleſcē
cie mee. Poſuiſti in neruo pedē
meum et obſeruaſti omnes ſemi
tas meas et veſtigia pedū meorū
conſideraſti. Qui quaſi putredo
conſumendus ſum et quaſi veſti
mentum quod comeditur a tine
a. ℟. Ne recorderis peccata mea dn̄e.

Dum veneris iudicare ſeculum per ig
nem. V. Amplius laua me domine
ab iniuſticia mea et a delicto meo mun
da me. Dum veneris. Lectio ſexta.

Homo natus de muliere bre
ui viuens tempore reple
tur multis miſeriys. Qui quaſi
flos egreditur et conteritur et fu
git velut vmbra et nunq̄ in eodē
ſtatu permanet. Et dignum du
cis ſuper huiuſcemodi aperire ocu
los tuos et adducere eum tecum in
iudicium. Quis poteſt facere mū
dum de immundo conceptum ſe
mine. Nonne tu qui ſolus es.
Breues dies hominis ſunt: nu
merus menſium eius apud te

eſt. Conſtituiſti terminos eius qui
preteriri non poterunt. Recede ergo
paululum ab eo ut quieſcat donec
optata veniat et ſicut mercennarij
dies eius. R. Domine quando veneris
iudicare terram vbi me abſcondam a
vultu ire tue. Quia peccaui nimis
in vita mea. V. Commiſſa mea pa
ueſco et ante te erubeſco dum veneris
iudicare noli me condemnare. Quia
peccaui nimis in vita mea. Lc. vj.
Quis michi hoc tribuat vt
in inferno protegas me
et abſcondas me donec pertranſeat
furor tuus. Et conſtituas michi
tempus in quo recorderis mei. pu
tas ne mortuus homo rurſum

viuat. Cunctis diebus quibus
nunc milito expecto donec veniat
immutacio mea. Vocabis me et
ego respondebo tibi. Operi manuũ
tuarum porriges dexterã. Tu quidẽ
gressus meos dinumerasti sed par
ce peccatis meis. ℟. Peccantẽ me
quotidie et non me penitentem ti
mor mortis conturbat me. Quia in
inferno nulla est redempcio miserere
mei deus et salua me. ℣. De profun
dis clamaui ad te domine domine ex
audi vocem meam. Quia in infer
no. v̄lu' Domine abstraxisti. Ps.
Exaltabo te domine qm̃ su
scepisti me nec delectasti
inimicos meos super me.

Domine deus meus clamaui
ad te et ſanaſti me.
Domine eduxiſti ab inferno a
nimam meam ſaluaſti me a de
ſcendentibus in lacum.
Pſallite domino omnes ſan
cti eius et confitemini memorie
ſanctitatis eius.
Qm̄ ira in indignatione eius
et vita in voluntate eius.
Ad veſperum demorabitur fle
tus et ad matutinum leticia.
Ego autem dixi in habundan
cia mea non mouebor in eternū.
Domine in voluntate tua pre
ſtitiſti decori meo virtutem.
Auertiſti faciem tuam a me

et factus ſum conturbatus.
Ad te domine clamabo et ad deū
meum deprecabor.
Que vtilitas in ſanguine meo
dum deſcendo in corruptionem.
Nunquid confitebitur tibi pul
uis aut annunciabit veritatem
tuam.
Audiuit dominus et miſertus
eſt mei dominus factus eſt adiutor
meus.
Conuertiſti planctum meum
in gaudium michi conſcidiſti ſac
cum meum et circumdediſti me
leticia.
Vt cantet tibi gloria mea et nō
compungar domine deus meus

ineternum confitebor tibi.

Requiem. ā. Domine abstraxisti ab inferis animam meam.

ā. Complaceat. Psalmus xxxix.

Expectans expectaui dnm̄ et intendit michi.

Et exaudiuit preces meas et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum carmen deo nrō.

Uidebunt multi et timebunt et sperabunt in domino.

Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit

in vanitates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus
meus mirabilia tua et a cogitatio
nibus tuis non est quis similis
sit tibi.
Annunciavi et locutus sum
multiplicati sunt super numerū.
Sacrificium et oblationē no
luisti aures autē perfecisti michi.
Holocaustum et pro peccato nō
postulasti tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de
me ut facerem voluntatem tuam
deus meus volui et legē tuā in me
dio cordis mei.
Annunciavi iusticiam tuam
in ecclesia magna ecce labia mea

non prohibebo dñe tu ſciſti.
Iuſticiam tuam nõ abſcondi
in corde meo veritatem tuam et ſa
lutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiam
tuam et veritatem tuam a conſi
lio multo.
Tu autem domine ne longe
facias miſerationes tuas a me
miſericordia tua et veritas tua sẽ
per ſuſceperunt me.
Qm̃ circumdederunt me mala
quorum non eſt numerus compre
henderunt me iniquitates mee et
non potui vt viderem.
Multiplicate ſunt ſuper capil
los capitis mei et cor meum dereli

quit me.
Complaceat tibi domine vt
eruas me domine ad adiuuandū
me reſpice.
Confundantur et reuereantur
ſimul qui querunt aīam meam
vt aufferant eam.
Conuertantur retrorſum et
reuereantur qui volunt michi
mala.
Ferant confeſtim confuſionē
ſuam qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur ſuper te
omnes querentes te et dicant ſem
per magnificetur dn̄s qui diligūt
ſalutare tuum.
Ego autem mendicus ſum

et pauper dominus ſollicitus eſt
mei.
Adiutor meus et protector meꝰ
tu es deus meus ne tardaueris.
Requiem. añ. Complaceat tibi
domine vt eruas me dñe ad adiuuan
dum me reſpice. añ. Sitiuit. ps.
Quemadmodum deſiderat
ceruus ad fontes aquarũ
ita deſiderat aĩa mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum
fontem viuum quando veniam
et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur mi
chi quotidie vbi eſt deus tuus.
Hec recordatus ſum et effudi in

me animam meam qm̄ tranſibo
in locum tabernaculi admirabilis
vſqȝ ad domum dei.
In voce exultationis et confeſ-
ſionis ſonus epulantis.
Quare triſtis es anima mea et
quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi ſalutare vultus mei
et deus meus.
Ad me ipſum anima mea co-
turbata eſt propterea memor ero
tui de terra iordanis et hermonii
a monte modico.
Abiſſus abiſſum inuocat in
voce catharactarum tuarum.
Omnia excelſa tua et fluctus

tui ſuper me tranſierunt.
In die mandauit dominus
miſericordiam ſuam et nocte cā
ticum eius.
Apud me oratio deo vite mee
dicam deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei et qua
re contriſtatus incedo dum affli
git me inimicus.
Dum confringuntur oſſa
mea exprobrauerunt michi qui
tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi per ſin
gulos dies vbi eſt deus tuus.
Quare triſtis es aīa mea et
quare conturbas me.
Spera in deo qm̄ adhuc con

fitebor illi ſalutare vultus mei
et deus meus

Requiem. añ. Sitiuit anima
mea ad deum fontem viuum quando
veniam et apparebo ante faciem dñi.
℣. Audiui vocem de celo dicentem.
℟. Beati mortui qui in domino mo
riuntur. Pater noſter. Et ne nos.
Sed libera. Lectio. viij.

Spiritus meus attenua
bitur dies mei breuiabũ
tur et ſolum michi ſupereſt ſepul
crum. Non peccaui: et in amari
tudinibus moratur oculus meus.
Libera me domine et pone me iux
ta te et cuiuſuis manus pugnet
contra me. Dies mei tranſierunt

cogitationes mee diſſipate ſunt
torquentes cor meum. Noctem
verterunt in diem et rurſum poſt
tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinu
ero infernus domus mea eſt et
in tenebris ſtraui lectulũ meũ.
Putredini dixi. pater meus es
mater mea et ſoror mea vermi
bus. Ubi eſt ergo nunc preſtola
tio mea et paciencia mea tu es
domine deus meus. ℟. Domine
ſecundum actum meum noli me
iudicare nichil dignum in cõſpectu
tuo egi. Ideo deprecor maieſtatẽ tuã
vt tu deus deleas iniquitatẽ meam.
℣. Quoniam iniquitatem meã
ego cognoſco et delictum meũ corã

me eſt ſemper tibi ſoli peccaui. Ideo
deprecor maieſtatem. Lectio .viij.

Pelli mee conſumptis car
nibus adheſit os meum
et derelicta ſunt tantum modo
labia mea circa dentes meos.
Miſeremini mei miſeremini
mei ſaltem vos amici mei quia
manus domini tetigit me.
Quare perſequimini me ſicut
deus et carnibus meis ſaturami
ni. Quis michi det vt exarentur
in libro ſtillo ferreo aut plumbi
lamina vel celte ſculpantur in
ſilice. Scio enim ꝙ redemptor
meus viuit et in nouiſſimo die
de terra ſurrecturus ſum et rur

ſum circumdabor pelle mea et in
carne mea videbo deum ſaluatorē
meum. Quem viſurus ſum ego
ipſe et oculi mei conſpecturi ſunt
et non alius. Repoſita eſt hec ſpes
mea in ſinu meo. ℟. Memento
mei deus quia ventus eſt vita mea.
Nec aſpiciat me viſus hominis. ℣.
Et non reuertetur oculus meus vt
videat bona. Nec aſpiciat. ℟. ix.
Quare de vulua eduxiſti me
qui vtinam conſūptus
eſſem ne oculus me videret. Fuiſ
ſem quaſi non eſſem de vtero trāſ
latus ad tumulum. Nunquid nō
paucitas dierum meorū finietur
breui. Dimitte ergo me domine

vt plangam paululum dolorem me
um. anteq̄ vadam et non reuertar
ad terram tenebroſam et opertam
mortis caligine. Terram miſerie et
tenebrarum vbi vmbra mortis et
nullus ordo ſed ſempiternus horror
inhabitans. ℟. Libera me dn̄e de
morte eterna in die illa tremenda.
Quando celi mouendi ſunt et terra.
Dum veneris iudicare ſeculū per ignē.
℣. Dies illa dies ire calamitatis et
miſerie dies magna et amara valde.
Quando celi. ℣. Tremens factus ſū
ego et timeo dum diſcuſſio venerit
atqꝫ ventura ira. Quando celi. ℣. Tre
mebunt angeli et archangeli impij
autem vbi parebunt. Quando celi.

℣. Vix iuſtus ſaluabitur et ego mi
ſer vbi parebo. Quando celi. ℣. Quid
ergo miſerrimus quid dicam vel quid
faciam dum nil boni perferam ante
tantum iudicem. Quando celi. ℣.
Vox de celis o vos mortui qui iacetis
in ſepulcris ſurgite et occurrite ad iu
dicium ſaluatoris. Quando celi. ℣.
Creator omnium rerum deus qui
me de limo terre formaſti et mirabi
liter proprio ſanguine redemiſti cor
puſqꝫ meum licet modo putreſcat de
ſepulchro facies in die iudicii reſuſci
tari exaudi exaudi me vt animam
meam in ſinu abrahe patriarche
tu iubeas collocari. Libera me dn̄e.
In laudibꝫ an̄. Requiem. ps

Miſerere mei deus ſecundū
magnam miām tuam.
Et ſecundum multitudinem
miſerationum tuarum dele ini
quitatem meam.
Amplius laua me ab iniqui
tate mea et a peccato meo munda
me. Qm̄ iniquitatem meam
ego cognoſco et peccatum meum
contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui et malū corā
te feci vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus
conceptus ſum et in peccatis conce
pit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti in

certa et occulta ſapiencie tue ma
nifeſtaſti michi.
Aſperges me domine yſopo et
mundabor lauabis me et ſuper
niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū
et leticiam et exultabunt oſſa
humiliata.
Auerte faciem tuam a pecca
tis meis et omnes iniquitates
meas dele.
Cor mundum crea in me deus
et ſpiritum rectum innoua in
viſceribus meis.
Ne proycias me a facie tua et
ſpiritum ſanctum tuum ne auf
feras a me.

Redde michi leticiam ſalutaris
tui et ſpiritu principali confir
ma me.
Docebo iniquos vias tuas et
impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus
deus deus ſalutis mee et exultabit
lingua mea iuſticiam tuam.
Domine labia mea aperies
et os meum annunciabit lau
dem tuam.
Qm̃ ſi voluiſſes ſacrificium de
diſſem vtiqꝫ holocauſtis non de
lectaberis.
Sacrificium deo ſpiritus con
tribulatus cor contrictum et hu
miliatum deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua syon vt edificentur muri iherusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem. an. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. an. Exaudi. Psalmus.

Te decet ymnus deus in syon et tibi reddetur votum in iherusalem.

Exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum preualuerunt super nos et impietatibus nostris

tu propiciaberis.
Beatus quem elegiſti et aſſũ
pſiſti inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus
tue ſanctum eſt templũ tuum
mirabile in equitate.
Exaudi nos deus ſalutaris
noſter ſpes omnium finium
terre et in mari longe.
Preparans montes in virtute
tua accintus potencia qui con
turbas profundum maris ſonũ
fluctuum eius.
Turbabuntur gentes et time
bunt qui habitant terminos
a ſignis tuis exitus matutini
et veſpere delectabis.

Viſitaſti terram et inebria
ſti eam multiplicaſti locupleta
re eam.
Flumen dei repletum eſt a
quis paraſti cibum illorũ qm̃
ita eſt preparatio eius.
Riuos eius inebrians multi
plica genimina eius in ſtillici
dys eius letabitur germinans.
Benedices corone anni beni
nitatis tue et campi tui replebũ
tur vbertate.
Pingueſcent ſpecioſa deſerti
et exultatione colles accingẽtur.
Induti ſunt arietes ouium
et valles habundabunt frumen
to clamabunt etenim ymnũ

dicent.

Requiem. añ Exaudi domine
orationem meam ad te omnis caro ve
niet. añ Me ſuſcepit. pſalmus.

Deus deus meus ad te de luce
vigilo.

Sitiuit in te anima mea quam
multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta inuia et ina
quoſa ſic in ſancto apparui tibi
vt viderem virtutem tuam et glo
riam tuam.

Qm̃ melior eſt miſericordia
tua ſuper vitas labia mea lauda
bunt te.

Sic benedicam te in vita mea
et in nomine tuo leuabo manus

meas.
Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea et labijs
exultacionis laudabit os meum.
Sic memor fui tui super stra
tum meum in matutinis me
ditabor in te quia fuisti adiutor
meus.
Et in velamento alarum
tuarum exultabo adhesit anima
mea post te me suscepit dext'a tua.
Ipsi vero in vanum quesierũt
animam meam introibunt in
inferiora terre tradentur in ma
nus gladij partes vulpium erũt.
Rex vero letabitur in deo lau
dabuntur omnes qui iurant in

eo quia obſtructum eſt os loquē
cium iniqua.
Deus miſereatur noſtri
et benedicat nobis illu
minet vultum ſuum ſuper nos
et miſereatur noſtri.
Ut cognoſcamus in terra vi
am tuam in omnibus genti
bus ſalutare tuum.
Confiteantur tibi populi
deus confiteantur tibi populi
omnes.
Letentur et exultent gentes
quoniam iudicas populos in
equitate et gentes in terra diri
gis. Confiteantur tibi popu
li deus confiteantur tibi popu

li omnes terra dedit fructũ ſuũ.
Benedicat nos deus deus no
ſter benedicat nos deus et me
tuant eum omnes fines terre.
Requiem. añ Me ſuſcepit
dextera tua dñe. ã A porta iferi.
Ego dixi in dimidio die
rum meorum vadam
ad portas inferi.
Queſiui reſiduum annorũ
meorum dixi non videbo dñm
deum in terra viuencium.
Non aſpiciam hominẽ vltra
et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata eſt et
conuoluta eſt a me quaſi taber
naculum paſtorum.

Preciſa eſt velut a texente vi
ta mea dum adhuc ordirer ſuc
cidit me de mane vſqȝ ad veſperã
finies me.
Sperabam vſqȝ ad mane
quaſi leo ſic contriuit omnia
oſſa mea.
De mane vſqȝ ad veſperam
finies me ſicut pullus hyrun
dinis ſic clamabo meditabor vt
columba.
Attenuati ſunt oculi mei
ſuſpicientes in exceſſo.
Domine vim patior reſpon
de pro me quid dicam aut quid
reſpondebit michi cum ipſe fece
rim.

Recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine aĩe mee.
Domine ſi ſic viuitur et in
talibus vita ſpiritus mei corri
pies me et viuificabis me ecce in
pace amaritudo mea amariſſiã.
Tu autem eruiſti animam
meam vt non periret proiciſti
poſt tergum tuum omnia pec
cata mea.
Quia non infernus confite
bitur tibi neqȝ mors laudabit te
non expectabunt qui deſcendunt
in lacum veritatem tuam
Viuens viuens ipſe confitebi
tur tibi ſicut et ego hodie pater fi
lijs notam faciet veritatem tuã.

Domine ſaluum me fac et
pſalmos noſtros cantabimus cū
ctis diebus vite noſtre in domo
domini.
Requiem. añ A porta inferi
erue domine animas eorum. añ
Omnis ſpiritus. Pſalmus.
Laudate dominum de celis
laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli
eius laudate eum omnes virtu
tes eius.
Laudate eum ſol et luna lau
date eum omnes ſtelle et lumē.
Laudate eum celi celorum et
aque que ſuper celos ſunt laudēt
nomen domini.

Quia ipſe dixit et facta ſunt
ipſe mandauit et creata ſunt.
Statuit ea in eternũ et in ſe
culum ſeculi preceptum poſuit
et non preteribit.
Laudate dominum de terra
dracones et omnes abiſſi.
Ignis grando nix glacies ſpi
ritus procellarum que faciunt
verbum eius.
Montes et omnes colles ligna
fructifera et omnes cedri.
Beſtie et uniuerſa pecora ſer
pentes et volucres pennate.
Reges terre et omnes populi
principes et omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines ſenes

cum iunioribus laudent nomen domini quia exaltatum eſt nomē eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper celum et terram et exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius filiys iſrael populo appropinquanti ſibi.

Cantate domino canticū nouum laus eius in eccleſia ſanctorum.

Letetur iſrael in eo qui fecit eū et filie ſyon exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro in tympano et pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt dnō
in populo ſuo et exaltauit man
ſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria
letabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes dei in gutture
eorum et gladij ancipites in ma
nibus eorum.
Ad faciendam vindictam in
nationibus increpationes in
populis.
Ad alligandos reges eorum
in compedibus et nobiles eorū
in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium
conſcriptum gloria hec eſt omni
bus ſanctis eius.

Laudate dominum in ſa
ctis eius laudate eum in
firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus
eius laudate eum ſecundū mul
titudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tube
laudate eum in pſalterio et cytha
ra. Laudate eum in tympa
no et choro laudate eum in cordis
et organo.
Laudate eum in cymbalis
beneſonantibus laudate eum in
cymbalis iubilationis omnis
ſpiritus laudet dominum.
Requiem. añ Omnis ſpiritus
laudet dnm̄. añ Credo. Pſalmus

Benedictus dominus deus
iſrael quia viſitauit et
fecit redemptionem plebis ſue.
Et erexit cornu ſalutis nobis
in domo dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſancto
rum qui a ſeculo ſunt propheta
rum eius.
Salutem ex inimicis noſtris
et de manu oīm qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiā
cum patribus noſtris et memora
ri teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit
ad abraham patrem noſtrum
daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de manu ini

nnicorum nostrorum liberati seruiamus illi.
In sanctitate et iusticia coram ipso omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciē domini parare vias eius.
Ad dandam scienciam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordie dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare hijs qui in tenebris et in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Requiem. aῖ, Credo dnē

deus meus ihesu criste carnis resurrecti
onem et vitam eternam sed tantum
deprecor clemenciam tuam vt nō in
ter hedos sed inter agnos consorcium
merear. Pater noster. Et ne nos. Sed
libera. V. A porta inferi. R. Erue do
mine animas eorum. Psalmus
De profundis clamaui ad
te domine dn̄e exaudi vo
cem meam.
Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dn̄e
domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est
et propter legem tuam sustinui te
domine.

Suſtinuit anima mea in ver
bo eius ſperauit aĩa mea in dño.
A cuſtodia matutina vſqȝ ad
noctem ſperet iſrael in domino.
Quia apud dñm miſericordia
et copioſa apud eum redempcio.
Et ipſe redimet iſrael ex omni
bus iniquitatibus eius.
Requiem. Requieſcant in pace.
Amen. Oremus.
Inclina domine aurẽ tuã
ad preces noſtras quibus
miſericordiam tuam ſupplices de
precamur: vt aĩas famulor. orõ.
Fidelium deus omnium cõ
ditor et redemptor aĩabus
famulorum famularum. vts.

De ſanctiſſima trinitate. antiph.



Te inuocamus te adoramus te laudamus o beata trinitas. V. Sit nomē domini benedictum. R. Ex hoc nunc et vſq; in ſeculum. Oremus. Oratio de trinit.

Omnipotens ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere et in potencia maieſtatis adorare vnitatem queſumus vt eiuſdem fidei fir

mitate ab omnibus ſemper mu
niamur aduerſis. Qui viuis et
regnas deus per omnia ſclã. A. ℟.

De ſancto michaele antiphona:



Sancte
michael archã
gele deffende nos
in prelio vt nõ
pereamus in
tremendo iudi
cio. ℣. In con
ſpectu angelorum pſallam tibi deus
meus. ℟. Adorabo ad templum ſan
ctum tuum et confitebor nomini tuo.

Oremus. Oratio.

Deus qui miro ordine an
gelorum miniſteria ho

minumqꝫ diſpenſas concede pro
picius. ut quibus tibi miniſtrã
tibus in celo ſemper aſſiſtitur ab
hys in terra vita noſtra munia
tur. Per xpm̄ dnm̄ nrm̄. amē.
De ſancto iohãne baptiſta añt.



Inter na
tos mulierum
non ſurrexit
maior iohan
ne baptiſta.
℣. Fuit ho
mo miſſus a
deo. ℟. Cui nomen erat iohẽs. Oreꝫ.
Preſta queſumus omni
potens deus. ut familia
tua per viam ſalutis incedat et

beati iohannis precurſoris xpi hor-
tamenta ſectando ad eum quē pre-
dixit ſecura perueniat. Per xpm̄.

De ſancto iohāne euāgeliſta ant.



Iohannes
apoſtolus et e-
uangeliſta vir-
go electus eſt
a domino at-
qz inter ceteros
magis dilec-
tus. V. Valde honorandus eſt beatus
iohannes. R. Qui ſupra pectus dn̄i
in cena recubuit. Oremus. Oratio.

Eccleſiam tuam queſumus
domine benignus illuſtra
vt beati iohannis apoſtoli tui et euā-

geliſte illuminata doctrinis ad dona
perueniat ſempiterna. Per xpm̄.
De ſanctis petro et paulo añt.



Petrus apo
ſtolus et paulꝰ
doctor gencium
ipſi nos docue
runt legem tu
am domine.
℣. In omne
terram exiuit ſonus eorum. ℟. Et in
fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Deus cuius dextera beatū
petrum apoſtolum ambu
lantem in fluctibus ne mergeret
erexit et coapoſtolum eius paulum
tercio naufragantem de profundo

pellagi liberauit exaudi nos pro
picius et concede vt amborũ me
ritis eternitatis gloriam conſe
quamur. Per xpm̃ dñm nr̃m.
De ſancto ſtephano antiphona.



Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et ſigna magna in populo. ℣. Iustus germinabit ſicut lilium. ℟. Et florebit in eternum ante dñm. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus qui primicias martirum in beati leuite ſtephani ſan

guine dedicaſti. tribue queſumus
ut pro nobis interceſſor exiſtat qui
pro ſuis etiam perſecutoribus exo
rauit dominum noſtrum ihm
criſtum filium tuum. Amen.

De ſancto laurencio antiphona.



Leuita lau
rencius bonū
opus operatus
eſt qui per ſig
num crucis ce
cos illumina
uit. ℣. Diſper
ſit dedit pauperibus. ℟. Juſticia eius
manet in ſeculum ſeculi. oremus.

Da nobis queſumus omni
potens deus viciorū no

ſtrorum flammas extinguere qui
beato laurentio martiri tuo tri
buiſti tormentorum ſuorū ince
dia ſuperare. Per xpm̄ dnm̄.

De ſancto ſebaſtiano antiphona.



O q̄ mira
refulſit gratia
ſebaſtianus
martir incli
tus qui mili
tis portans in
ſignia ſed de
fratrum palma ſollicitus confortavit
corda tremencia verbo ſibi collato celi
tus. ℣. Ora pro nobis beate martir
ſebaſtiane. ℟. Ut mereamur peſtē
epydimie illeſi pertranſire et promiſſi

pro nobis miseris. ℣. Ora pro nobis
beate pater anthoni. ℟. Ut digni ef
ciamur promissionibus xpi. Oremus.
Deus qui concedis obtentu
beati anthonij confessoris
tui morbidum ignem extingui
et membris egris refrigeria pre
stari fac nos quesumus ipsius
meritis et precibus a gehenne in
cendijs liberatos integros mente
et corpore tibi feliciter in gloria
presentari. Per cristum domi
num nostrum. Amen.

De sancta anna aña.



Celeste be
neficium in
troiuit in an
nam per quā
nobis nata est
maria virgo.
℣ Ora pro no
bis beata anna. ℟ Vt digni efficiamur
promissionibus xpi. Oremus. Oro.

Deus qui beate anne tantā
gratiam donare dignatus
es vt beatissimam matrem tuam
in suo gloriosissimo vtero portare
meruit. da nobis per intercessionē
matris et filie tue propiciationis
habundanciam. vt quarū comme
morationē pio amore amplecti

mur carum precibus ad celeſtem
patriam peruenire valeamus. Per
xpm̄ dnm̄ noſtrum. Amen. De
ſcā maria magdalena. Maria



ergo vnxit
pedes iheſu et
exterſit capil
lis ſuis et do
mus imple
ta eſt ex odore
vnguenti. ℣. Dimiſſa ſunt ei pecca
ta multa. ℟. Quoniam dilexit mul
tum. Oremus. Oratio :-
Largire nobis clementiſſi
me pater qꝫ ſicut beata
maria magdalena dominū no
ſtrum iheſum chriſtū ſuper omnia

diligendo ſuorum obtinuit veni
am peccaminum ita nobis apud
tuam miſericordiam ſempiternã
impetret beatitudinem. Per xpm.

De ſancta katherina antiphona.



Virgo
ſancta kathe
rina grecie
gemma vrbe
alexandrina
coſti regis erat
filia. V. Dif
ſa eſt gratia in labijs tuis R. Prop
terea benedixit te deus in eternũ. Ore.

Deus qui dediſti legem moy
ſi in ſummitate montis
ſynai et in eodem loco corpus beate

katherine virginis et martiris tue mirabiliter per ſanctos angelos tuos collocaſti. preſta queſumus vt eius meritis et interceſſione ad montem qui xpus eſt valeamus peruenire. Per xpm dnm.

De ſancta margareta antiphona.



Virgo glorioſa celi margareta virginum gemma precioſiſſima virtute ſupernorum clara audi preces noſtras coram te fuſas fac nos iungi eternali choro precibus ergo tuis adeſto calamitati

bus noſtris quibus vndiqꝫ premi
mur. ℣. Ora pro nobis beata mar
gareta. ℟. Ut digni efficiamur pro
miſſionibus xpi. Oremus. Oratio

Deus qui beatam marga
retam virginem tuam
ad celos per martirij palmā per
uenire feciſti: concede queſumus
vt eius exempla ſectantes ad te per
uenire mereamur. Per xpm̄. De



ſancta barba
ra antipho.

Uirgo
ſancta barba
ra ora pro no
bis ad dominū
iheſum xpm̄

Established 1882

Charles Sessler
Bookseller
1314 Walnut Street
Philadelphia
London Paris

HORAE B.V.M.

ad USUM GALLICANUM CUM CALENDARIO
FRENCH XV CENTURY MANUSCRIPT.

Illuminated and written in vellum, 140 lines, 8 by 5½ inches.

written in bold Gothic letters, long lines, 17 to a full page, calendar in French, blue red and black, red rubrics, every page with an outside border of rich floreate scrolls in compartments, many hundred large and small illuminated ornamental initials and much textual decoration.

NINE LARGE AND FINELY PAINTED AND ILLUMINATED SEMI-ARCHED MINIATURES, within deep borders of floreate scrolls, representing:-

THE MARTYRDOM OF ST. JOHN.
THE ANNUNCIATION.
THE SHEPHERDS.
OFFERINGS OF THE MAGI
PRESENTATION AT THE TEMPLE.
FLIGHT INTO EGYPT.
CORONATION OF THE VIRGIN.
DAVID PRAYING.
THE PENTECOST.

oak boards, and leather solander case.

Description

95

In addi
represe
Evangel

So.
po

Established 1882

Charles Sessler

Bookseller

1314 Walnut Street

Philadelphia

London Paris

In addition, there are 15 small miniatures representing scenes in the lives of Evangelists and Saints.

#353

So.7.13.
pcE.577.

Description

95

Sotheby's Sale

7.1913

#600.

Chas. Sessler